



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Qvomodo Et Qualiter processus in causa fidei est terminandus, & sunt
tredecim modi processum in causa fidei debite terminandi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

IN TREDECIM MODOS PROCESSVM
in causa fidei debite terminandi obseruatio.



HÆC pars, quæ nunc sequitur, est valde necessaria: in primis ve-
ro admirabilis, multoque iudicio & prudentia cõstituta, cum
Eymericus rem alioquin per se difficilem, fusam, & late patẽ
tem, ad certa quædam capita deduxerit, quibus omnis hære-
sis causa possit terminari, quæ fuerit in hac re auctor secutus,
ignotum est mihi: coniectura tamen assequor, eum acri iudicio, multo labo-
re, & diligentia, vsu rerum accedente, ex Concilio Tholosano, Bitterensi, &
Narbonensi olim in partibus Gallicanis contra hæreticos editis, & ex con-
sultationibus Guidonis Fulcodij ad Inquisitores, hos terminandi processus
modos collegisse, & in hanc methodum absolutissimam & exactissimam re-
degisse. neminem inuenio qui ante Eymerici tempora hæc docuerit. multos
tamen reperio, qui ipsum penitus fuerint postea secuti, nec verbis quidem
mutatis: nam inter ceteros Iacobus Sprægerius in malleo maleficarum in 3.
parte à quæstione 20. vsque ad quæstionem 34. totam hanc tractationẽ tran-
scripsit. idem fecit Tabienensis, breuius tamen in Sum. verbo Inquisitor. §. 12
nume. 13. & multis sequentibus. & Poitremo Reuerendissimus Vmbertus
Locatus in fine sui operis iudicialis, tit. De formulis in sancto inquisitionis
officio agendorum, eundem in hac parte Eymericus est imitatus.

Hæc tamen non sunt furti nomine censenda. nam vt vere de hæc eriam re
differens Bartholomæus Riccius, vir latine peritus dicebat: non sunt ea furti
putanda, quæ fiunt non inuitis dominis: honestius tamen & laudabilius
est ingenuè profiteri per quos profecerimus; nam & hinc quandoque iniu-
ria auctori fieri potest: qui enim ignorat tempora, quibus quisque scripserit,
facile putabit, eum a quo ceteri acceperunt, vice verã a ceteris accepisse: &
propter hanc causam compellimur quædoque (ut cuiq; honos suus illæsus
conseruetur) aperte dicere quibus locis alij Eymericum penitus sequantur tã
meti alia quoque inde nascatur vtilitas: quoniam veriora & firmitiora pu-
tantur, quæ multi, præsertim viri graues & docti vno consensu sequuntur.
itaque quo plures sunt qui ab Eymerico acceperint, eo magis credendum est
eius doctrinam sanam esse, tutam esse, & multa æquitare, ac prudentia niti.

*Quomodo & qualiter processus in causa
fidei est terminandus; & sunt tre-
decim modi processum in causa
fidei debite terminandi.*

- A vni & diligenter discutitis omnibus actis & acti-
taris, & in causa productis, & habitis varijs confi-
lijs peritorum.
- 1 Vel reperitur absoluendus, & ab hæresi to-
taliter immunis.
- 2 Vel reperitur solum diffamatus de hæresi
generaliter.
- 3 Vel reperitur quæstionibus, & tormentis sup-
ponendus aliqualiter.
- 4 Vel reperitur suspectus de hæresi leuiter.
- 5 Vel reperitur suspectus de hæresi vehe-
menter.
- 6 Vel reperitur suspectus de hæresi violenter.
- 7 Vel reperitur diffamatus de hæresi, & suspe-
ctus insimul & communiter.
- 8 Vel



Hæc primo, quomodo & quali-
ter processus fidei sit initiandus; &
secundo, quomodo & qualiter sit cõ-
tinuandus: tertio nunc videndum
existit, quomodo & qualiter sit fi-
ne debito terminandus. Vbi est considerandum
quod omnis processus fidei, vno tredecim modorũ
est debite terminandus. Nam delatus de hæresi

8 Vel reperitur confessus hæresim & penitens, A
& non relapsus probabiliter.

9 Vel reperitur confessus hæresim & penitens,
sed relapsus veraciter.

10 Vel reperitur confessus hæresim, & impeni-
tens, sed non relapsus realiter.

11 Vel reperitur confessus hæresim, & impeni-
tens atque relapsus certitudinaliter.

12 Vel reperitur nõ confessus, sed conuictus de
hæresi legitimis testibus, & alias judicialiter.

13 Vel reperitur conuictus de hæresi, sed fugiti-
uus, vel abiens contumaciter.

Et sicut dictum est de hæresi, sic & dicendū est B
de hæreticorum receptione, defensione, vel
fautoria. Nam delatus de receptione, defen-
satione, vel fautoria hæretica prauitatis, vel repe-
ritur absolueudus, & immunis totaliter, vel diffi-
matus generaliter, & sic de alijs, vt de hæresi est
prædictum.

*De primo modo finiendi fidei proces-
sum quando delatus est ab-
soluendus.*

Primus modus processum fidei termi-
nandi & finiendi est, quādo delatus
de hæresi processus meritis diligen-
ter discussit cum bono consilio peri-
torum reperitur ab obiecto hæresis
erimine immunis totaliter, & hoc est, quādo de-
latus non conuincitur, nec confessione propria,
nec facti euidencia, nec testium productione legi-
tima, nec alias suspectus, nec diffamatus publi-
ce de prædicto crimine reperitur.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis D
enim per Episcopū & Inquisitorē cōiunctim,
vel diuisim, quia in hoc casu vnus solus potest,
iuxta gl. Ioan. And. super c. Multorum querela,
de hæret. in Clemen. §. duro tamen. & vers. pro-
cedere contra illos, in alijs autem non; absoluat-
ur per sententiam tenoris sequentis.

*Forma absoluendi delatum de hæretica
prauitate, cum nihil probatur le-
gitime contra eos.*

Nos frater N. ordinis fratrum Prædicato-
rū, Inquisitor hæretica prauitatis in terris
talis domini a sancta sede Apostolica: speciali-
ter delegatus. Attendentes b quod tu talis de tali
loco, & talis diocesis fuisti nobis delatus de tali
hæretica prauitate, scilicet quod, &c. Attendentes
enim illa esse talia, quæ nõ valebamus, nec debe-
bamus conuincere oculis pertransire, descē-
dimus ad inquitendum si prædicta fulcitur ali-
qua veritate; testes recipiendo & examinando,
defensiones etiam cōcedendo, & alia faciendo,
quæ decebant, secundum Canonicas sanctiones:
Ea propter visis, & diligenter examinatis om-
nibus actis & actitatibus in hac causa, omnibusq;

quæ lance libratis, habitoque consilio peritorū
in iure, ac etiam in Theologia facultate, illoque
sepius repetito, sedentes pro tribunali, more iu-
dicis iudicantis, ac habentes præ oculis solū Deū
& negotij veritatem, sacrosanctis Euāgelij positis
corā nobis, vt de vultu Dei nostrum iudiciū pra-
cedat, & oculi nostri videant æquitatem; Ad no-
stram diffinitiuam sententiā procedimus in hūc
modum.

CHRISTI nomine intocato. Quia, per ea,
quæ vidimus & audimus, & producta & obla-
ta, acta, & actitata sunt coram nobis, in præsen-
ti cautā, non inuenimus aliquid contra te legitime
fore probatum de his, quibus delatus fueras corā
nobis, pronūciamus, declaramus, ac senten-
tialiter diffinimus, contra te non esse, nec fuisse
aliquid actū legitime corā nobis, propter quod
possis, vel debeas hæreticus iudicari, nec suspec-
tus haberi aliquo modo de heretica prauitate; qua-
re te a præsen-stantia, Inquisitione, & iudicio
totaliter relaxamus. Lata fuit hæc sententiā, &c.

Alia forma ad hoc idem.

Nos frater N. ordinis Prædicatorū Inquisi-
tor, &c. Visis & diligenter discussis omni-
bus & singulis in præsen-stantia causa actis, & actitatibus,
habitoque solenni consilio super illis, maturo pari-
ter & digesto, in sacra Theologia, ac iure perito-
rū, sedentes pro tribunali more iudicis iudicatis,
habentesq; præ oculis solū Deum, sacrosanctis
Euāgelij positis corā nobis, vt de vultu Dei
iudiciū nostrum prodeat, & oculi nostri vi-
deant æquitatem, ac die, hora, & loco tibi ta-
li, de tali loco, talis diocesis, ad audiendam
diffinitiuam sententiā assignatis, sententiā
liter declaramus, pronūciamus, & diffinimus
contra te nõ esse coram nobis legitime probatū
aliquid de his, de quibus delatus fueras corā no-
bis, scilicet quod dixeras, vel feceris, &c. propter
quod debeas hæreticus, vel suspectus de hæresi
reputari. Quare te absoluentes per præsen-stantiam
sententiā, a præsen-stantia, ac nostro
iudicio relaxamus. Lata fuit hæc sententiā, &c.

Caueatur quod non ponatur in sententiā, q
est insons, vel immunis, sed quod non fuit proba-
tum legitime contra eum: vide si post modum,
temporis processu iterum deferatur, & legitime
probetur, potest non obstante prædicta absolu-
toria sententiā condemnari.

E Eodem modo absoluendus est quis, quando
est delatus de receptione, defensione, seu alias
fautoria hæreticorum, seu hereticæ prauitatis, cū
nihil probatur contra eum legitime.

COMMENT. XXXVII.

Idem prorsus Iacobus Sprenger in malleo malef
Icarū 3. p. 9. 20. & Locatus in sine op. p. iudicia
lis, in formula absoluendi delatū, quando nihil est le-
gitime contra eum probatum, & Zachinus c. 41. in
sine. & Tabiensis in Sum. verbo, Inquisitor. §. 1.
n. 13. & Syluester de Irregularibus li. 3. c. 4. p. 170. 3.
E

Et de sententijs in causa heresis pronuntiatis videtur Conradum Brunum lib. 4. de heret. c. 10. & Ioannem Roiam in singularibus fidei, singul. 177. cum aliquot sequen. Gondissaluum tract. de heret. q. 20. nu. 8. & seq. Franciscum Squillacensem de fide catholica c. 44. Simancam de catho. insti. tit. 60. & Archidiaconum & Joannem And. copiose, in c. ut commissi. de heret. lib. 6.

a Talis enim per Episcopum, & inquisitorem coniunctim, vel diuifim: quia in hoc casu vnus solus potest, &c. Et hæc sententia, quod cum reus absolueudus, vel solus Episcopus, vel solus Inquisitor ipsum possint absolueret, de iure verior est: quamuis contraria sit tutior: sed de hoc articulo ex professo disputat Emericus infra hac par. 3. q. 48. ubi dixi copiose.

b Attendentes, quod tu talis de tali loco, &c. fuisti nobis delatus de tali heretica prauitate, scilicet licet quod, &c. Hic videtur non obscure indicare Emericus in sententia absolutoria exprimentas esse hereses, aut delicta eius qui est absolueudus, ob que fuit accusatus, siue denunciatus, quod tamen nullo iure cautum est: & propterea crederet salubrius esse, nullis erroribus recitatis, cum non fuerint aduersus ipsum probati, pronuntiandam esse sententiam absolutoriam publice, siue contra defunctum, siue contra viuentem, quod valde prudenter cautum in uenio per Madrilianam instructionem anni MDLXI. c. 62. in hæc uerba à nobis Latine reddita.

Quando defensor memorie & fame alicuius defuncti legitime causam defenderit, fueritque defunctus ab ea iudicij instantia absolueudus, sententia eius pronuntiabitur in publica actione, cum edicta publicata fuerint contra ipsum. quã quam non debet hoc casu produci statuta defuncti qui absoluitur in publica actione: neq; etiam debent recitari in particulari errore, de quibus fuit accusatus, cum probati non fuerint. atq; hoc ipsum debet obseruari circa illos, qui personaliter fuerunt capti & accusati, & absolueuntur ab instantia iudicij, si fuerit hoc ab ipsis petitu. habentibus ibi. Quia propterea mihi ubique obseruanda uidentur, quoniam multa æquitate nituntur, & rationi sunt valde consona.

c Caueatur, quod non ponatur in sententia; quod est insons, &c. Idem hoc obseruat Tabiæstis in sum. verbo, Inquisitor. §. 12. nu. 13. versi. caueatur. & Sprenger in malleo maleficarum. 3. p. q. 20. in fine. quod est custodiendum ob rationem hic ab Emerico allatam. quam obrem minus bene fortassis Zanchinus tract. de heret. c. 41. in fine posuit in sententia absolutoria hæc uerba.

Idcirco te tanquam penitus innocentem, per nostram diffinitiuam sententiam in his scriptis absoluiimus a dicta Inquisitione & cõtētis in ea.

Sed quid si absolueatur tanquam penitus innocens & immunis, & postea de eodem crimine deferatur poterit ne non obstantem sententia absolutoria, iterum iudicari, & condemnari? Respondeo posse; quoniam in hoc crimine fauore fidei sententia quæcumq; nãquam transeunt in rem iudicatam, ut singulariter docuit Lucas de Pema, in l. vnica. verbo, notu. C. de sent. aduersus fiscum latis, retract. lib. 10. quem

A sequitur Ioannes Roias tract. de heret. par. 2. assertio. 49. & idem in eadẽ parte de priuilegijs Inquisitorum, nu. 449. & Simancas de cath. insti. tit. 60. nu. 13. quam sententiam uidetur probare textus in c. ut commissi. §. nec non. de heret. lib. 6.

Verum omiffis iam antiquis controuersijs, nonnissime Pius V. Pont. Max. rescripto quodam incipiente: Inter multiplices entas. quod est impressum inter litteras apostolicas pro officio Inquisitionis, in fine huius operis, iustissime cauit, ne sententia in causa fidei numquam transirent, aut deinde transeant in rem iudicatam.

B Atque ex his penitus refellitur opinio Decij consi. 137. incipien. Diligenter pro tenui facultate. Conradi Bruni lib. 4. de heret. c. 8. in fine, assertentis, hæretico prodesse exceptionem rei iudicatæ: nullis ergo diffinitiuarum absolutoriarum sententiarum exceptionibus obstantibus, quoties noue probationes, aut indicia accesserint, de eodem crimine & inquisitione, & condemnatio fieri poterit.

Quod uero paulo antea dicebam cum Emerico, uidelicet, neminem esse pronuntiandum innocentem, aut immunem in sententia absolutoria: tunc non crederem procedere, quando per testes falsos fuit conuictus, aut per iniquos & maleuolos, & inimicos capitales, vel conspiratores delatus, qui postea penitentia ducti dixerunt se falso dedisse, aut falsum testimonium contra delatum dixisse constitit: hoc enim casu cum constet de manifesta innocentia delati, & de aperta iniquitate testium & delatorum, optime poterit in sententia absolutoria pronuntiari insons, & peritus immunis, ut etiam Emericus ipse iudicat faciendũ in 12. modo processum terminandi. nu. 208. in fine, sibi: Ipso relato ut immunitas iudicio relaxato. & hac fortassis ratione locutus cõseri potest Zanchinus, quem paulo antea merito refellebamus: sed cũ testes, aut denuntiatores tractant dictum suum, uidentũ est diligenter ne id faciant, quia corrupti fuerunt prece, vel a delato, vel a consanguineis & amicis delati, de quo dixi alibi plenius.

De secundo modo finiendi processum in causa fidei per purgationem canonicam.

E Secundus modus processum fidei terminandi, & finiendi est, quando delatus de heresi, processus meritis diligenter discussis, cum bono consilio peritorum, reperitur solummodo de tali heresi diffamatus in aliqua uilla, ciuitate, vel prouincia: & hoc est quando delatus non conuincitur, nec propria confessione, nec facti euentia, nec testium production legitima, nec quæcumque alta indicia probantur legitime contra eum: nisi præcise sola in familia.

Circa istum talis practica est seruanda in tali casu. Quia sententia non potest ferri pro delato, absolueudo eundem, sed cõtra, indicendo sibi purgationem canonicam, Episcopus & Inquisitor coniunctim, & non diuifim (nisi vnus committat alteri

Sententia in causis fidei non transeunt in rem iudicatam.

alteri vices suas,) iuxta cap. Multorum querela. A de hæret. in clem. ferant sententiam per hunc modum, vel similem in effectu.

Forma purgationem canonicam diffamato indicendi.

NOS N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & frater N. ordinis Prædicatorum in terris talis domini, inquisitor hereticæ prauitatis a sancta sede Apostolica spalius delegatus: Considerantes, quod meritis processus facti per nos contra te talem, talis diocesis, nobis delatum de tali heretica prauitate, s. q. & c. non inuenimus te confessatum, nec conuictum de prædicta labe, nec alias suspectum, nisi quod te reperimus legitime ac veraciter in tali villa, ciuitate, vel diocesi, & apud bonos & malos publice diffamatum; Ea propter ad purgandam huiusmodi infamiam tibi indicimus purgationem canonicam, ut est iuris; assignando tibi talem diem talis mensis, ac talem horam illius diei, in qua compareas personaliter coram nobis, & purges tuam infamiam tantis, seu tot ordinis tui: qui quidem compurgatores tui, sint homines fide catholici & vita probati, & quod conuersationem tuam, & vitam nouerint, non tam moderno tempore quam transacto: significantes quod si in purgatione defeceris, te habebimus pro conuicto, prout voluit canonice sanctiones.

Hic autem considerandum est, quod cum aliquis reperitur legitime de aliqua hæresi publice diffamatus, & contra eum aliud non probatur nisi infamia ipsa sola, sibi indicitur purgatio canonica: hoc est, quod habeat bonos aliquos viros septem, decem, viginti, vel triginta, secundum quod plus, vel minus, & in locis pluribus, vel paucioribus, magis, vel minus insignibus, fuerit diffamatus, qui sint tuæ conditionis, vel ordinis: ut si diffamatus est religiosus, & illi sint religiosi: si clericus secularis, & illi clerici seculares: si miles, & illi milites, qui purget eum a crimine, de quo est diffamatus: qui compurgatores debent esse homines fide catholici, & vita probati, qui & illius conuersationem & vitam, non tam moderno tempore cognouerint, quam antiquo, ut habetur extra de purg. cano. c. Inter sollicitudines.

Quales esse debent compurgatores.

Pœna recusantis in compurgatione.

Pœna deficientis in compurgatione.

Si autem se purgare noluerit, excommunicetur: quam excommunicationem si per annum sustinerit animo indurato, ex tunc ut hæreticus condemnatur, iuxta c. Excommunicamus itaque, §. qui autem, de hæret.

Si autem se purgare decreuerit, sed in purgatione defecerit, hoc est, quod purgatores tales, & tantos, prout est ei iniunctum, qui eum purgent, non inuenierit, pro conuicto habetur, & sicut hæreticus condemnatur, ut habetur extra de hæret. Excommunicamus §. adijcimus, & vers. qui nisi te, & de purg. cano. c. Cum dilectus.

Considerandum etiam hic est, quod quando dicitur quod indicatur diffamato, quatenus purget se, tertia vel quarta manu ordinis sui, quod otio sumitur ibi in genere, & non in specie: unde

A si Episcopus purgandus est, non negatur, quin et Episcopis, in purgatione possint admitti abbates & religiosi presbyteri, & in alijs pari forma: de purg. cano. c. Quoties. Purgabit autem se diffamatus per modum, qui sequitur, ut colligitur extra de purg. cano. ca. Quoties, §. porro, & c. Acc.

Forma purgationis canonice a diffamato de hæresi faciende.

ADVENIENTE autem termino eidem diffamato ad se purgandum canonicè assignato, comparebit personaliter purgandus cum suis compurgatoribus coram Episcopo, seu Inquisitore, in loco ubi noscitur infamatus: & ille qui diffamatus est ponens manum super librum Evangeliorum ante eum positum dicet sic: Ego iuro super quatuor ista Evangelia sancta Dei, quod tale hæresim: exprimendo eam, de qua est diffamatus: nunquam tenui: nec credidi, nec docui, nec teneo, nec credo. Negabit. s. cum iuramento illud, de quo est diffamatus, quidquid sit illud: Quo factio omnes compurgatores ponent manum super prædictum librum Evangeliorum, & quilibet dicet ita: Et ego iuro super ista sancta Dei Evangelia, quod credo ipsum verum iurasse. Et tunc canonice est purgatus.

Considerandum est etiam, quod diffamatus de hæresi, ubi est purgandus, ubi noscitur diffamatus: & si in multis locis fuerit diffamatus, imponatur sibi, quod in omnibus illis fidem catholicam publice profiteatur, & detestetur hæresim, de qua ibi noscitur infamatus, de purg. cano. c. Inter sollicitudines.

Nec cōtēnā qui canonice de hæresi se purgavit: nam si post purgationem incidit in hæresim iam purgatam, pro relapso habetur, & tunc ut relapsus est tradendus curiæ seculari, iuxta c. Excommunicamus §. adijcimus, & ver. vel si post purgationem, & c. Ad abolendam, §. illos quoque; Secus autem si in aliam hæresim incidit, de qua se ante non purgauerit, iuxta c. allegatum.

COMMENT. XXXVIII.

Observandum hic est primū, hunc modum secundum finem processum fidei differre a septimo, in quo etiam agit auctor de indicenda canonice purgatione ipsi diffamato, sed ille amplius ibi, ex alij indicij de hæresi erat suspectus, & propterea non modo purgationem, sed etiam abiurationem simul est subire coactus, hic vero solū erat infamatus de hæresi.

Et quæ ad hunc modum spectat, repetunt Tabiæsis in suam verbo, Inquisitor, §. 13. nu. 14. & Sprægerius in malleo maleficarum, par. 3. q. 21. Locutus in opere iudiciali verbo, purgatio, et in si. operis in forma ferendi sententiæ contra diffamatū de hæresi; ut purget se canonice, plenissime etiam Repertorium Inquisitorum verbo, purgatio, Sylvester de strigibus lib. 3. cap. 4. pun. 4. de qua multa quoque extant in concilio Tarraconensi relato ab Eymérico supra par. 2. Franciscus Squillacensis tract. de fide ca. 160. cap. 3. & dixi multa de canonice purgatione

Nota

De purgatione

in hoc cap.

me quoque

revertit

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

in hoc erunt omnino cognoscenda supra parte. 2. super c. inter sollicitudines. de purg. cano. quae sunt omnino videnda ad tollendas omnes huius loci difficultates.

Et cum in omnibus fere criminibus abolutus fuerit & extinctus versus canonica purgationis; in crimine tamen haeresis, etiam nunc vsitatus est, & in sacro Inquisitionis tribunali frequentatus, quamuis enim in alijs multis delictis sinistra suspicio, praesertim a maleuolis orta, aut tolerari possit, aut interdum negligi; in crimine tamen haeresis ferenda non est, nec dissimulanda, sapienter enim scribit Rufinus lib. 1. in uelutiarum in Hieronymum: Gloriosum quidem esse Christi exemplo iniurias tolerare patienter, at vnam haereseos nota qui ferat, aut dissimulet, non esse Christianum. & beatus ipse Hieronymus ad Pammachium epistola. 61. aduersus errorem. Joannis Hierosolymitani altissima clamat voce in haec verba: Nolo in suspitione haereseos quemquam esse patientem: ne apud eos, qui ignorant innocentiam, eius dissimulatio, conscientia iudicetur si taceat. haec ille. quod retulit Albertinus in repetitione rubrica de haeret. li. 6. quaest. 14. numero 75. huc spectat quae tradit Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. c. 140.

Iustissime ergo Catholica & sanctissima mater Ecclesia, respiciens quam graue & periculosum sit hae haeresis infamia laborare, varios modos excogitauit ad excludendam sinistram haereseos suspitionem, quoties aut dictis, aut factis fidelis quispiam ea contraxisset, varijs etiam penis coercens, inter caeteros vero modos vnus est canonica purgatio.

Quia sententia non potest fieri pro delato, absoluedo eundem, sed contra indicendo sibi canonicam purgationem, Episcopus & Inquisitor coniunctim, &c. [Sed videbatur quod vnus sine altero posset indicere canonicam purgationem; nam cum delinquentes in hoc crimine ad abiurationem, vel purgationem recipiuntur, non videtur pronuntiarum sententia contra eos, sed pro eis: quare potius videtur favorabilis & absolutoria, quam condemnatoria. vnde iuxta sententiam EymERICI in modo superioribus, & infra quaest. 84. huius 3. partis non videtur necessarium quod simul conueniant ad haec exercenda Episcopus & Inquisitor: & plane quauis haec sententia de ratione iuris stricta, fortassis verior videatur, at contraria est tutior, quam hic proficitur auctor, ut dixi infra in hac 3. par. super dicta quaest. 48. vbi haec difficultas est plene declarauimus. interim video Caepegium apud Zachinum ca. 8. verbo, diffinitiuam. & Syluestrum de Strigibus li. 3. c. 4. puncto 4. Mihi magno opere probatur contraria sententia, iuxta id quod dixi paulo post hoc ipso commentario. §. haec quidem.

Et in Hispania, Abulensi quadam instructione anni MCCCCXCIII. c. 1. postquam statutum esset, ut in qualibet Inquisitione duo constituantur Inquisitores, subdit in haec verba: Qui scilicet Inquisitores, simul & non vnus sine altero cedant ad capturam, torturam, compurgationem canonicam, &c. similiter ergo iustissimum est, ut in locis vbi vnus tantum est Inquisitor Apostolicus, non indicat canonicam purgationem sine Episcopo loci.

A Considerandum etiam hic est, &c. quod ordo sumitur ibi in genere, & non specie: vnde si Episcopus, &c. Est omnino obseruandum hoc EymERICI documentum: nam si in specie inueniendi essent tales compurgatores, qualis est purgandus, aut nunquam posset se purgare, aut facile deficeret in purgatione: nusquam enim, verbi gratia, Episcopus purgandus posset inuenire duodecim, vel viginti Episcopos, qui ipsum purgarent: ac de caeteris idem est iudicium: nam si dux belli esset purgandus, difficulter posset inuenire tot alios duces bellicos, qui ipsum purgarent. ergo sufficit ad satisfaciendum iuri postulanti in purgatione tantam manum, hoc est tantum numerum ordinis eius, cuius est ipse purgandus, ut habeantur illi, de quibus nota in genere vere praedicitur illa qualitas, quae est in purgando, quae latius hic persequi, non est praesentis instituti, nec necessarium, videndus interim Albertinus in repetitione c. quoniam. de haeret. li. 6. quaestione prima, & nonnullis sequentibus, qui multam lucem huic EymERICI documento dabit.

B Adueniente autem termino, &c. comparebit personaliter purgandus cum suis compurgatoribus, &c. [Supra part. 2. super cap. inter sollicitudines. vbi egimus de canonica purgatione, praxim omnisimam, quae in ea solet obseruari: quoniam eam EymERICUS hoc loco docebat: verum nimis breuiter persecutus est rem difficilem, & periculosam, quae non debet nisi eum maxima fieri consideratione, ut ibi diximus. Quare ut hic locus illustretur, & suppleamus quae deficiunt, tota haec praxis indicendae purgationis erit hic praescribenda: nulli autem luculentius (quos ego viderim) rem hanc tradiderunt, quam Auctor repertory Inquisitorum verbo purgatio. §. forma. & Simancas de cath. inslit. tit. 56. nu. 25. & seq. sed Simancas ordinatius loquitur, cuius verba huc transcribere placuit, num nec melius a me, nec elegatius dici possit, et ut viro docto suis habeat ut dicit ergo ita.

D In causa purgationis canonica hoc ordine et ritu procedi solet. Conueniunt in vnum Inquisitores, Episcopus, aut eius Vicarius, & assessores seu consultores periti, & excussis probationibus reu condempnat, ut se purget septem plus minus testibus: hoc addito, ut si defecerit in vno, duobus, tribus aut pluribus, exinde conuictus plene de crimine censetur. Haec autem sententia reo dicenda est, & ab ea potest prouocare; & post appellationem causa referenda est ad Senatum, nisi forte friuola fuerit appellatio: quia tunc ei ab Inquisitoribus, deferendum non est, ut generaliter Clemens iij. constituit, & specialiter epistola quadam Senatus sanctae Inquisitionis plenius continetur. l. 2. C. de decurio. lib. 10. l. 1. de appellatio. c. cu appellacionibus friuolis. de appellatio. li. 6.

E Deinde si a sententia non fuerit appellatum, vel post appellationem sententia confirmata sit, vel appellatio friuola reiecta fuit ab Inquisitoribus, tunc reus ad se purgandum debet nominare tot viros bonos, testes expurgatores, quot in sententia Inquisitorum continentur. Illi autem testes vocari seorsum debent ab Inquisitoribus, & ab eis tria sunt inquirenda. Primum, an reu cognoscant, & a

Num. 148.

Qualiter intelligendum, Compurgatores esse de bere eiusdem ordinis cum purgando.

Num. 149.

Ritus & ordo in purgatione canonica obseruandus.

Num. 25.

Num. 26.

De purgatione...

& a quo tempore fecundū, an reus, vel eius cōfan guinei, vel affines dederint, aut p̄miserint aliqd ipsūmet testibus, vt reo fauerent: tertium, an testes ipsi se obtulerint ad reum purgādum. Quae oīa quodā instructionū capite plenius cauta sūt

Num. 27.

Post hęc testes omnes conuocantur in auditorium Inquisitorū, & reus ad tribunal ducitur, & ab Inquisitoribus interrogatur, an homines illos cognoscat, & an illi sint, quos ipse in testes purgatores nominauit: qui respondere solet, se illos cognoscere, & eosdē esse, quos nominauit. fiunt autem hęc omnia coram Inquisitoribus, solis, ac tabellione, seu notario, qui literis mandare singula debet: nec alius quispiam præsens esse huic purgationi permittendus est: ne ipse qui dem vicarius Episcopi ordinarij, vt quadam epistola Senatus sanctæ Inquisitionis continetur: à sententia vero purgationis excludi nō potest ordinarij, aut eius vicarij, vt dixi titulo de ab iuratione. [confert c. 1. 15. q. 1.]

Num. 28.

Deinde Inquisitor ad expurgatores cōuersus talia dicere solet: Scitote, fratres, q̄ Acacius reus de hoc & illo crimine accusatus, & suspectus est: quā ob rē ab ea suspicione se purgare tenetur, & vos nominati estis in testes innocentia sua. Tu vero Acaci per Deum & sacrosanctā Euangelia responde, an ea crimina commiseris: & statim reus coram illis iurat, se nihil eorum dixisse, aut fecisse. Deinde reus abire iubetur: & Inquisitor interrogat purgatores, an ea omnia probe intellexerint: qui respōdent, se intellexisse. Mox testes omnes secedūt: & singulis seorsum vocatis, & ab eis solenni iuramento exacto, quærit Inquisitor, an credant Acaciū iurasse verū, vel falsū: & quid quid respōderint, a notario fideliter scribēdū est. *hactenus de ritu purgationis canon.*

Cum indicetur canonica purgatio, aut Episcopus, aut eius vicarius a se esse debet.

Hæc quidem Iacobus Simancas, in quibus id in primis mihi videtur notatu dignum, quod dicit num. 27. videlicet, huic purgationi non posse interuenire Episcopi vicarij; quod licet in Hispania custoditur, per priuatas eius Inquisitionis instructiones; alibi secus faciendum crederem, quod est iuri communi magis consonū, et doctri. EymERICI hoc loco cōuenientius, qui scribit in purgatione iniungenda Episcopū & Inquisitorē simul conuenire debere, q̄ non solum puto locum habere in pronuntianda sententia, sed etiā in toto purgationis actu exercēdo: & hoc videtur esse tutius, & obseruandum donec alij meliora doceat, quib. libētissime acquiescā: nā cū reus si deficiat in purgatione, possit vt hereticus cōdenari, q̄ non pot̄ fieri sine Episcopo; oportet omnino vt ei etiā actui, ex quo tātus effectus facile sequitur, Episcopus, aut salte eius vicarius adsit præsēs.

Postremo, hoc mihi præterea videtur addendū, ipsis compurgatoribus, distincte & clare legendū esse processum, id est summarie, et delicta, et indicia esse illis declaranda, ob quæ purgandus ipse captus est, & compulsus canonicam subire purgationē: nisi enim hæc intelligant compurgatores non poterūt iure, & debite ipsam purgare.

Hispanensi quadam instructione anni MD. post cap. 4. forma obseruanda in canonica purgatione præscribitur in hæc verba à nobis latine reddita: Qui

A compurgandus est in præsentia compurgatorū, iuret in forma iuris super Crucem & Sacta Dei Euangelia de dicēda veritate, super his de quibus fuerit interrogatus. Et præstato prædicto iuramento, Inquisitores dicant ei: I. u. N. fuisse accusatus de tali & tali delicto (specificatis ei solū illis delictis, quæ sapiunt hæresim) de quibus es vehementer suspectus, meritis processus consideratis: percunctamur a te sub debito iuramenti, quod emisisti, an commiseris, vel feceris, vel credideris hæc delicta, vel aliquid ex eis? Et habita responsione ipsius rei in præsentia compurgatorum, reducat ad carcerē: Et postea recipiatur iuramentum a compurgatoribus in forma iuris & c. & quilibet seorsum interrogetur sub debito iuramenti, an credant quod dictus N. reus carceratus dixerit veritatem: & scribatur in processu quidquid dixerint: & quidquid actum fuerit suo ordine. *hæc ibi.*

Ex his quæ dicta sunt hactenus videtur constare, qui canonicā purgationem in secreto esse faciendā, videlicet, in auditorio Inquisitorum, aut in palatio Episcoporum.

Admonebo tamē solitum olim fuisse indicare publice canonicam purgationem, cap. illud. 23. dist. 8. constat ex perueniōto codice manuscripto, qui penes me extat, in quo plurima continentur ad sanctū officium spectantia, vbi cum agitur de forma indicēdæ purgationis canonice ipsis infamatis, præscribitur, vt is qui se purgat, præsente multitudine copiosa id faciat.

Sed in hac difficultate ita videtur dicēdum, si publice de hæresi diffamatus est, sane publice quoque purgare se debet, vt eis publice satisfaciatur, se purgando, quos publice per ingratum infamia offendit odorem: imo quidem in fauorem eius, qui se purgat hoc tendere videtur, vt publice si purgationem præstiterit, honori & famæ restituatur: quod si publice non fuerit diffamatus, tunc priuato præstabit hæc canonicam purgationem. hæc distinctio affert gl. 2. quæst. 5. in summa, verbo, cogendus, gl. in ca. 1. verbo, publico. 15. quæst. 5. Archidiaconus in c. illud. 23. dist. 1. Repertorium Inquisitorum verbo, purgatio. §. si enim est infamatus. & alij, de quibus non videtur dissentire hic EymERICUS, numero 150.

Sunt autem quidam, qui cogi nō possunt, ut in publico purgentur, de quibus Archidiaconus præcetero loco, hæc indicasse sit satis: nam diligentiori fortassis indigent consideratione, & vberiore explanatione.

E d Considerandum est etiam, quod diffamatus de hæresi, ibi est purgandus, vbi nō scitur diffamatus, & c. Quia medicina morbo debet esse contraria, & ideo per purgationem debet ibi satisfacere, vbi per malam famam offendit, & delinquit. Sed amplius obseruari iubet auctor; vt qui in pluribus locis diffamatus est, in pluribus satisfaciatur, non quidem per purgationem, quam cum semel adimpleuerit, non debet iterum subire, sed per prædicationem: quod qualiter accipi debeat, dixi supra par. 2. sup. cap. inter sollicitudines. §. præcipias super.

c Nec

Nec contemnat qui canonica de heresi se purgavit: nam si post purgationem incidit in heresim iam purgatam, pro relapso habetur, &c.] De hac difficultate varijs locis varie sensit EymERICUS: nam par. 2. q. 58. in fine. nu. 7. vers. eodē modo si quis diffamatus. dixit de hoc casu iura non loqui aperte, & propterea Pontificem summum esse consulendū. & 3. pa. in 7. modo processum fidei terminandi. ritu. De forma heresim adjuvandi. §. ratione autē purgationis. nu. 184. non admodum determinate videtur asserere sententiam, quam hic auctor adstruit, dum dicit, dubium esse an is qui incidit in heresim de qua se purgavit, velut relapsus curie sit seculari tradendus: quamvis subiungat, p. B videtur tradendus.

Et quoniam supra pa. 2. super q. vltima. promisi me hanc difficultatem hoc loco explicaturum; ideo quanta fieri poterit & brevitate & perspicuitate, quid mihi dicendum videatur, explanabo.

Ac primum de iure nulla videtur esse dubitatio, quin is qui se purgavit, si iterum incidat in heresim, de qua se purgavit (ut hic vult EymERICUS) debeat ut relapsus tradi curie seculari per textum in c. ad abolendam §. illos quoque. de heret. que hic citat auctor, cuius verba sunt. Illos quoque qui post abiurationem erroris. vel postquam se (ut diximus) proprii antilitis examinatione purgaverint, deprent si fuerint in abiurata heresi recidisse, seculari iudicio, sine vlla penitus audientia decernimus relinquendos hac ibi.

Idem videtur videri textus in cap. excommunicamus 1. §. ad ieiunium. de heret. cuius verba sunt. Iste autem Episcopus ad preteritiam suam convocet accusatos: qui nisi se ab obiecto reatu purgaverint; vel si post purgationem exhibitam, in pristina fuerint relapsi pñditi, canonice puniantur. Idem aperte sancit Alexander III. in c. super eo. de heret. lib. 6. ibi. Quodq; ij, qui post abiurationem erroris, vel postquam se proprii antilitis examinatione purgaverint, si deprent fuerint in abiurata heresi recidisse, seculari decernuntur iudicio, sine vlla penitus audientia relinquendi. hac ibi.

Postremo eandem EymERICI sententiam comprobare videtur non obscure concilium Narbonense. 11. in hec verba. Et illos qui post abiurationem erroris, seu purgationem deprehensi fuerint in abiurata heresi recidisse, seculari iudicio sine vlla penitus audientia relinquatis animadversione debita puniendos: cum sufficiat tales per fallam conversionem semel ecclesiam decepsisse: præsertim vbi tanta eorum inualuit multitudo, licet eis penitentibus nequaquam penitentia sit neganda. hac tenus ibi.

Ex his apparet sententiam EymERICI, aut verā esse, aut saltem multum probabilem: nam in his locis citatis videmus abiurantem & se purgantē in hoc equiparari, ut si iterum incidat in abiuratum errorem, seculari iudicio relinquatur.

Quod si quis dicat his locis haberi sermonem de eo qui simul & abiuravit & se purgavit; hoc non videtur facile admitendum; quoniam illa particula, vel, aperte indicat casum sequentem, diuersum esse

A a precedenti, cum eius natura sit distinguere & se parare, non coniungere aut copulare.

Ex his plane redditur hec questio valde difficilis, nec video quid primo obtutu his iuribus possit responderi, quam ob rem omisis hic multis contemplationibus, hanc putarem veram esse præfatorum re scriptorum sententiam: Qui abiuravit de vehementi hanc, verbi gratia, heresim: Romanus Pontifex non est caput Ecclesiæ, si postea vere in eam relabatur, tradendus est curie seculari: & hoc est sine controversia, per textum in c. accusatus. §. cum vero. de heret. lib. 6. quod procedit etiam si in aliam heresim a priori diuersam incidat iuxta præcitatum textum, cum generaliter abiuret omnem heresim.

Eodem modo si quis ob vulgatam & frequentē infamiam, quam ex dictis, vel factis seminavit, gravem & vehementem contraxit heresis alicuius suspensionem, verbi gratia, huius: Non esse purgatorium, aut huius: Errare eos qui hæreticos persequuntur; & dicunt fore puniendos; & coactus fuerit se de hac heresi purgare tanquā vehementer suspectus, & graviter infamatus, si postea vere deprehendatur incidere in eandem heresim de qua se purgavit, re vera ut relapsus erit curie seculari tradendus, iuxta textum in dicto ca. accusatus. §. ille quoque. de heret. lib. 6. idque ob rationem quam adduxi supra, par. 2. super q. 58. §. quartus casus est, quoniam per hanc secundam deprehensionem expressam declaratur animus illius, qui primo fuit in mala opinione contra fidē Christi, in qua semper præsumitur continuasse usque ad secundā deprehensionem. hac mihi videtur vera & iusta sententia, cum post purgationem, quam quis ut graviter & vehementer infamatus fecit, vere deprehendatur in heresim lapsus. & in his terminis accipiendū videtur quod hic valde prudenter tradit EymERICUS.

Hanc EymERICI sententiā aperte profitetur Hostiensis in c. Excommunicamus 1. de heret. §. qui autem. verbo, veniuntur. in hec verba: Quod si post purgationem præstitam, vel abiurationem factā in heresim eandem reciderint, seculari iudicio sine vlla penitus audientia relinquuntur. sup. eo. Ab abolendā. §. illos quoque. hec Hostiensis. Idē tenet in summa tit. de heret. §. qualiter deprehendatur. vers. idem si iam purgaverat se. Hostiensem sequitur Ambrosius de Vignate tract. de here. q. 19. num. 167. & in eandem opinionem consentit Hieronymus Gabrielius consilio 160. incipi. Purgatio canonica. nu. 21. vers. Quoad tertium. & nu. seq. & gloss. in c. accusatus. §. cum vero. verbo, simpliciter. de heret. li. 6.

Hoc tamen discrimen est inter eum qui abiurat de vehementi, & eum qui ut vehementer infamatus de heresi se purgat: qui abiurat de vehementi, si iterum vere incidat, sine in eandem, sine in aliam heresim, curie seculari traditur, iuxta dist. c. accusatus. §. cum vero. de heret. li. 6. secus autem dicendum est in eo, qui ut vehementer infamatus se purgavit: nam non censetur relapsus nisi recidat in eandem heresim, de qua prius se purgavit: ita docet hic EymERICUS, quod videtur aperte velle iura paulo antea relata, & Hostien.

Quod si rationem discriminis querat, dicam aut non

Recidens in heresim de qua ut vehementer suspectus se purgavit, ut telapsus est puniendus.

Hostiensis in c. Excommunicamus 1. de heret. §. qui autem. verbo, veniuntur. in hec verba: Quod si post purgationem præstitam, vel abiurationem factā in heresim eandem reciderint, seculari iudicio sine vlla penitus audientia relinquuntur. sup. eo. Ab abolendā. §. illos quoque. hec Hostiensis. Idē tenet in summa tit. de heret. §. qualiter deprehendatur. vers. idem si iam purgaverat se. Hostiensem sequitur Ambrosius de Vignate tract. de here. q. 19. num. 167. & in eandem opinionem consentit Hieronymus Gabrielius consilio 160. incipi. Purgatio canonica. nu. 21. vers. Quoad tertium. & nu. seq. & gloss. in c. accusatus. §. cum vero. verbo, simpliciter. de heret. li. 6.

Cur q se purgavit non sit relapsus nisi in purgatā heresim recidat

non facile reddi posse; sed ita voluisse legislatores, cum non omnium que ab illis sancita sunt, ratio reddi possit. l. non omnium. ff. de legibus. aut; quod verius & certius est; ideo qui incidit in aliam heresim diuerfam ab ea, de qua se purgavit, non punitur pena relapsorum, nec traditur curie seculari; quonia de illa solum aut illis heresib. se purgavit, de quibus fuit infamatus: non autem de omni heresi generali ter. qui vero abiurat heresim, vt vehementer suspectus, omnem heresim abiurat, & propterea in qua cuiusque postea labatur, relapsorum pena punitur. et hec mihi videtur vera & solida discriminis ratio.

Dixi autem hanc sententiam veram mihi videri in eo, qui vt vehementer diffamatus de aliqua heresi se purgavit: na si quis leuiter diffamatus esset, etiam si in heresim purgatum relaberetur, non putaretur relapsus: sed perinde indicandum esset de eo, ac de illo qui de leui abiurauit, sunt enim abiuratio, & purgatio duo remedia ad excludendam heresis suspicionem valde apta, et inter se multum similia: vnde que de vna dicuntur, de altera possunt accipi, nisi in his, in quibus ius nominatim aliud disponit.

Siquis vero non recideret in heresim purgatum, sed in aliam, quamuis non sit puniendus vt relapsus, acriter tamen esset coercendus. quod si sepius post purgationem recideret in aliam atque aliam heresim infamiam, tunc fortassis tradi posset curie seculari, iuxta id, quod diximus supra p. 2. super q. 58. s. hoc unum postremo.

Quæ dicatur grauis hæresis infamia: & qualiter conuocatur.

Sed queret quispiam; quenam dicitur grauis heresis infamia, & respondeo multis modis hoc posse deprehendi: na si quis apud bonos viros seu plures, passim notetur infamia, ea grauis, & rebemēs censenda erit. Rursus, si quis propterea honorū consortio repellatur, eumque viri probi euitent, accedantque etiam indicia & suspensiones infamiam heresis augentia, ea grauis infamia putanda erit. Preterea, si statim post magnum aliquod delictū commissū, verbi gratia, post deletas Sanctorum imagines, cōbusta tēpla, uiolata sacramenta, & similia, statim aduersus aliquē oriatur infamia, illa plane grauis putabitur. Sed & alijs quoque modis innotescere id poterit, quos prudens iudex facile inspectis personarum, locorum, & tēporum circumstantijs rimabitur.

Purgatus canonice an remaneat inhabilis.

Postremo vt nihil hic desideraretur eorum que ad canonicam purgationem spectant, dicendum erat de eius effectu usan. s. is qui se canonicè purgavit, remaneat inhabilis ad officia & beneficia quecumque ecclesiastica, an vero contra libere & absque villo canonico impedimento promoueri possit. Sed qa hec tractatio copiosam requirit indaginem, & a nobis diffuse alibi disputata est, ideo hoc loco. omitteatur.

Hieronymus Gabriellus consilio quodā 160. incipien. Purgatio canonica, purgatum canonicè nullo modo remanere impeditum, quominus libere promoueri possit, sex multis probare contendit: ceterū eius sententiæ non puto indistincte subscribendum, & multa cōsiderare oportet antequam in eam eat: nam iura fere omnia, quibus ille vtitur, loquuntur de purgato iā promotō, non autem de purgato promouendo, & eius sententiam nihil magis confirmat quā c. illud 23. dist. quod tamen ille omisit.

A De Tertio modo terminandi processum in causa fidei per tormenta



TERTIVS modus processum fidei finiēdi & terminād, est, quando delatus de hæresi processum meritis diligenter consideratis, cū bono consilio peritorū, reperitur varius: vel habens indicia contra se ad quaestiones, vt. f. exponatur quaestionib. & tormentis; vt si quaestionatus nihil concesserit, pro immuni & innocente habeatur: Et hoc est, quando delatus aō est deprehensus nec propria cōfessione, nec facti euentia, nec testium legitima productione, nec sūt indicia ad talem suspensionem, vt habeat heresim abiurare: est tamen in suis cōfessionibus, varius, vel alijs sunt indicia sufficiētia ad quaestiones & tormenta.

Circa itū talis practica est seruanda, In tali autem casu quia sententia interlocutoria est contra delatum ferenda, & non pro eo, per Episcopū & Inquisitorem, coniunctim, & non diuisim est ferenda, iuxta c. Multorum. in clem. in primis, si talis steterit in negatiua firmiter, & nullatenus (licet inductus per probos viros) fateri voluerit veritatem, feretur sententia, que videtur sapere vim diffinitiuæ sententiæ per modū tenoris sequentis.

Forma sententiæ interlocutorie ad supponendum aliquem quaestionibus & tormentis.

NOS N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & frater N. Inquisitor in terris diuisioni talis domini subiectis, a sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

Attēdēs meritis processum facti per nos contra te talem, talis loci, talis diocesis, diligēter examinatis, quod tu es varius in tuis confessionibus, & sunt nihilominus indicia multa, que sunt sufficientia ad te exponendum quaestionibus & tormentis. Ea propter vt veritas ab ore tuo proprio habeatur, & vt deinceps aures iudicū non offendas; interloquēdo declaramus, iudicamus, & sententiamus die præsentis & hora tali, te supponendum tormentis & quaestionibus. Lata fuit hæc sententia, &c.

E Instructio accuratissima circa quaestiones reorum.

Si quaestionandus reperitur varius, & infirmul sint indicia alia ad quaestiones sufficientia, ponatur vtrumque in sententia, vt in prædicta positū est. Si aut hæc duo non concurrant, sed vnum tantum, vt pote varietas sine alijs indicijs, vel alia indicia sine varietate, ponetur in sententia vt inuenitur. Sententia autem lata mox exequetur, vel exequi simuletur.

Nō dicitur tamē Inquisitor multum volūtarius ad quaestionandum aliquem; nam quaestiones & tormenta non inferuntur, nisi in defectum aliarū probationū; & ideo perquirat alias probationes. Quod si nō inuenierit, & tenet probabilitate delatus est culpabilis, sed metu negat veritatem, bonis modis & quandoque cautelosis, & interdū adhibitis eius amicis inducentibus ad veritatem dicendam, faciat suam diligentiam, vt ab ore eius habeat veritatem, & negotium nō festinet: nam meditatio frequens, & carceris calamitas, & replicata informatio proborum virorum disponunt ad veritatem eruendam.

Quod si delato conuenienter expectato, & tēpore congruenter prorogato, ac delato multipliciter informato, credant bona fide Episcopus & Inquisitor, omnibus cōsideratis, ipsum delatum negare veritatem, quaestione eum moderate, sine tamē effusione sanguinis, sciētes quod quaestiones sunt fallaces & inefficaces. Nā aliqui sūt ita molles corde & veordes, quod ad leuem tormentam omnia concederēt quaecunque falsa: aliqui autem sunt ita pertinaces, quod quantumcūq; verentur, ab eis veritas nō habetur. Aliqui sunt qui fuerūt aliā quaestione, & istorū aliqui melius sustinent quaestiones, quia statim brachia trahuntur & firmantur: aliqui autem remanent debiliores, & sic minus sustinēt quaestiones. Aliqui sūt etiam maleficiati, & in quaestione maleficijs vtuntur, quā nō morerentur, quā aliquid faterētur. efficiuntur enim quasi insensibiles. Quare in quaestione cum maxima prudētia est agendū, & ad conditiones quaestionandi quam plurimum attendendum.

Cum autem lata fuerit sententia, mox ministri se disponant ad quaestionandum delatum: Et disponunt se, Episcopus & Inquisitor per se, & per alios bonos viros fidei zelatores, inducant quaestionandum ad fatendum libere veritatem: quod si fateri noluierit, Mādēt ministris quod exposciēt eū, & illi statim obtemperent, non lati, sed quasi turbati. & expedite exposciēt eum, & dum spoliatur, inducatur fateri veritatem: quod si renuerit, per aliquos probos viros trahatur ad partem spoliatus & inducatur, et inducēdo informetur, quod nō tradetur morti, sed iurabit nē de cetero reuertatur ad delictum: Nam de certo (vt experientia pluries me docuit) multi faterentur veritatem, nisi metu mortis terrerentur: & si promittatur eis, quod non tradentur morti, faterentur; & audacter Episcopus, & Inquisitor promittat ei, quia possunt cū veritate, nisi ageretur de relapsu: & tunc non est promittendum.

Quod si nec minis, nec talibus promissis fateri voluerit veritatem, sententiā exequantur, & quaestione hāc consuetis modis, & non nouis, nec exquisitis, cuius vel fortius secūdū quod crimē exigit delinquentis. Et dū torquetur super certis articulis, super quibus quaestione, interrogetur & frequenter, à leuioribus tamē incipiēdo, quia cuius concedet leuia, quā grauiora.

Et dum hāc sūt, Notarius totū scribat in processu, & quomodo quaestione, de quibus inter-

Arogatur, & quomodo responderetur. Quod si quaestione decenter, noluerit fateri veritatem, ponatur alia genera tormentorū coram eo, dicēdo quod oportet eum transire per omnia, nisi prodatur veritatem: quod si nec sic, poterit ad terram vel etiā ad veritatem, secūda dies, vel tertia assignari, ad cōtinuandum tormenta non ad iterandum: quia iterari non debent, nisi nouis superuenientibus indicijs contra eum, quia tunc possunt: sed continuari non prohibentur.

Dicetur ergo sic. Et nos N. Episcopus & Inquisitor praefati, assignamus tibi tali, diem talē ad quaestiones continuādū, vt à tuo ore proprio veritas eruatur. Et totum ponatur in processu, & infra tempus eidem assignatū, & per se, & per alios probos viros inducent eum ad fatendū veritatem: quod si fateri noluierit, die assignata poterunt quaestiones continuari; & sic quaestione tur eisdē vel alijs generibus tormentorū fortius vel lenius secundum maiorem culpam vel minorem grauitatem. Et poterunt iudices multas cautelas licitas adhibere, & in verbis & in factis, vt veritas habeatur, quas magis docebit experientia atque vsus, & negotiorum varietas, quam ars alicuius, seu doctrina.

Vbi autem decenter quaestione & tormentis expositus noluerit detegere veritatem, amplius non vexetur, sed abire libere dimittatur: Et si requirat iudices, quod per sententiam expediat, ei non poterunt denegare; & tunc feretur sententia, quod de tali crimine, de quo fuit delatus, meritis processus diligenter dilectis, non inuenitur probatum aliquid legitime contra eū; sicut, in primo modo finiendi processum & terminandi dictum est. Videatur ibi.

Si utem in quaestione prodiderit veritatem, scribatur totū in processu, & post quaestiones ducatur ad alium locum, in quo non sit aspectus ad tormenta, & legatur sibi confessio, quam fecit in tormentis, & interrogetur etiam diligentius & semel, & pluries, quousq; veritas habeatur. Quod si non perstiterit in prima confessione, immo adhuc negauerit veritatem, & nō est decenter quaestione, poterit (vt dictum est iterum supponni quaestione & tormentis, nō iterando, sed continuādō. Si autem decenter quaestione est (vt dictum est) libere dimittatur, & si per omnino requirat per sententiam expediri, fiat sibi, vt dictum est statim.

Si autem perstiterit in ipsa confessione, & prodiderit veritatem, culpam propriam recognoscendo, & ab Ecclesia veniam postulando, tamquam deprehensus in haeresim propria confessione, sed penitens, iuxta c. Ad abolendam. §. praesenti. abiuret, et sententialiter vt deprehensus publice, condemnatur per modum, quo damnatur in haeresim deprehensi propria confessione, vt dicitur infra in octauo modo expediendi huiusmodi deprehensos. Videatur ibi.

Vbi vero veritatem prodiderit, & non penitens, sed in haeresim pertinaciter perstiterit, & relapsus non fuerit, condemnabitur iuxta c. Ad abolendam. §. praesenti. & expectatus competēter,

Assignatio ad cōtinuandum tormenta.

157 Torrens sufficiens, & pstantis in negatiua, liberat mittatur.

158 Cum in tormentis confiteretur, quid agendum.

159 Al. ratificauerit.

Si sit impunitus, tradatur curiae saeculari.

H h & i a

& informatus decenter, tradetur brachio secula-
ri ultimo supplicio ferendus, vt dicitur infra in
decimo modo. Si autem relapsus fuerit, condem-
nabitur per modum de quo dicitur infra in vn-
decimo modo processu terminadi. Vide tur ibi.

160 Hic q autem est diligentius attendendum,
quod ille, qui quaestioandus est, ante quaestio-
nes interdum contra se nihil confitetur; nec co-
tra eum aliquid probatur, propter quod possit nec
debeat haeresim abiurare, nec propter haeresim
condemnari: & de talibus agitur hic, & dictum
est statim.

Interdum autem ipse delatus est in haeresi de-
prehensus, vel alias sunt alia coram eum proba-
ta indicia, propter quae debet abiurare vt leui-
ter, vel vehementer de haeresi suspectus, propter
quae non est quaestioandus: sed vltra hoc negat
aliqua, quae non probantur, sed sunt indicia suffi-
cientia ad quaestiones. Et cum pro talibus quaestio
natur, si nihil propter quaestiones confiteatur,
iste non est absolueudus, sed secundum probata
contra eum procedetur, & abiurabit velut suspe-
ctus; vel vt deprehensus, prout processus merita
exigit & requirunt. Si vero propter quaestio-
nes confiteatur illa, vel coram aliqua, propter quae
quaestioatur, tunc abiurabit haec & illa, & pro
istis & illis sententia contra eum est ferenda.

Durant in
tormentis in
negatiua qua
sio iniungen-
da fit abiura-
tio.

COMMENT. XXXIX.

Num. 151. Idem tradit T abiefts in sum. verbo, Inquisitor.
§. 14. nu. 15. & Jacobus Sprengerius in malleo
maleficarum 3. p. q. 22. multa Umberto Locatus
in opere iudiciali, verbo tortura. Syluester de Stri-
gibus lib. 3. c. 4. puncto 5. Simancas de cath. insli.
tit. 65. de tormentis sed quantum ad hunc locum spe-
ctat de torquendis reis, & ex quibus indicijs id fa-
cere liceat, vide vidus est Eymericus infra par. 3. q.
61. vbi dixi plenissime.

a Et hoc est quando delatus, &c. nec sunt indi-
cicia ad talem suspitionem, vt habeat haeresim ab-
iurare, &c. vel alias sunt indicia sufficientia ad
quaestiones & tormenta.] Hic locus est obscurus,
ita vt vix percipias quid sibi velit Eymericus: hoc
tamen videtur concludere, tunc locum esse tormen-
tis. cu vel uarius est reus, vel sunt indicia ex quib.
possit torqueri, quae tamen non sufficiant ad haeresim
abiurandam, quae doctrina non videtur vera. Primum
enim sola quaeuis variatio non sufficit ad torturam,
vt dixi infra super questio. 61. §. prima regula est.
Rursus, quia eadem illa indicia, quae sufficiunt ad tor-
turam, videntur etiam vt plurimum sufficere ad in-
dicendam abinuationem, sicuti patet etiam medio-
crit eruditus.

Ad suspicio-
nem heresi-
excludendam
tria oportu-
na remedia
& qualia.

Quare hoc articulo ita clarus est dicendum: cu
delictu est semiplene probatum, vel sunt talia indi-
cia aduersus reum, vt non possit simpliciter absolui
ab instantia seu accusatione: tunc ad diluendum de-
lictu suspitionem, tria sunt in hoc tribunali prodita
remedia: purgatio canonica, de qua egit auctor in
superiori modo processum fidei terminandi: abiura-
tio de rebeometri, seu leui, de qua agit in sequentibus,
& tormentum, de quo nunc differit. hoc tamen po-

A firrem accomodatius est ceteris ad ericandam ve-
ritatem: nam purgatio, & abiuratio non tam spon-
tanea & indulta ad veritatem indagandam, quam
ad suspitionem, & infamiam heresis excludendam.

Itaque hoc remedium per torturam non differit
precipue ab alijs penes indicia aut suspiciones, vt
hic videtur simpliciter velle Eymericus, ita vt que
non sufficiunt ad abiurationem, sufficiant ad torturam;
qua generaliter id falsum videtur: sed differit quo ad
modu infligendi, quamuis easdem vbique contingat
adesse suspiciones & coniecturas. atq; haec est vera
& solida doctrina, comprobata etiam per Madri-
lianam instructionem anno Domini MDLXI. cap.
46. 47. & 48. quae suis locis retulimus.

B Non tamen propterea diffiteor euenire saepe pos-
se, vt talia indicia concurrant contra reum, ex qui-
bus non possit tuto imponi abiuratio de rebeometri,
aut alia grauior, cum ea sit grauissima pena ob pe-
riculu relabendi: ea tamen indicia sufficientia indi-
cabuntur ad torturam infligendam, quae non est adeo
periculosa, vt per eam indagetur veritas, & ab ore
ipsiusmet delinquentis, si fieri potest, habeatur, vt
tunc securus possit procedi ad iniungendam abiura-
tionem, & alias poenitentias. immo sapissime hoc
fieri est necessarium, & hac fortassis ratione loqui-
tur Eymericus.

C Tam quando sit locus quaestionibus, trado copio-
se infra par. 3. super dicta q. 61. ex quibus tracta-
tio hoc lumen accipiet, cui non est facile fidendum
sine his adnotationibus. §. 19.

b In tali casu, quia sententia interlocutoria est
contra delatum, ferenda, &c. per Episcopum &
Inquisitorem coniunctim, &c.] Haec est vera
& sana sententia, quam in terminis probat textus
ab Eymericus citatus illud addo non modo ad pro-
nuuntiandam tormenti sententiam, interuenire de-
bere Episcopum & Inquisitorem: verum etiam ad
executionem eius, nisi per infirmitatem, aut aliam
iustam causam alter excusaretur: hoc enim tunc
est, & cautum etiam in Hispania Madriliana in-
structione anno MDLXI. capi. 48. in haec verba:

D Ad pronuntiandam tormenti sententiam interue-
niant Inquisitores, & ordinarius, & eodem mo-
do ad eius executionem, ob varios casus, qui in
tortura accidere possunt, haec ibi. Quod cum sit tu-
tissimum, vbique mihi videtur obseruandum; quod
etiam apertissime velle videtur auctor paulo post
nu. 155. ibi: Et cum disponunt se, Episcopus &
Inquisitor per se, &c. inducant quaestioandum
ad fatendum libere veritatem, quod est obserua-
tione dignissimum.

c Si quaestioandus reperitur varius.] Hic
sentit apertissime auctor ob varietatem solam reu
posse torqueri: quod qua ratione sit accipiendum, ex
plicui infra super dicta q. 61. §. prima regula eius q
omnino videas, ne te hic locus decipiat, qui sana
modo intellectus veram doctrinam continet.

d Non sit tamen Inquisitor multum volun-
tarius ad quaestioandum.] Hoc est saluberrimum
documentum; quamuis enim indicia, ex quibus
ad torturam devenitur, sint arbitraria; non tamen
proinde temere & in qualibet causa sunt tormenta
vsurpanda; indicia enim talia esse debent, vt in
subsi-

si bñsant et approbentur, aliter reiicienda sunt, vt plene dixi super dict. q. 61.

Iam tota hæc tractatio et obseruatio, quã hic tradit Emericus de torquendis reis absolutissima est, & multa prudentia ac iudicio constituta.

154 e Scientes quod questiones sunt fallaces & inefficaces, &c.] Insignis est hic locus desumptus ex Pspiano, in l. 1. §. in causa tributorum. vers. questionum. ff. de questionibus. vbi ita scriptum est: Questionum fidem non semper, nec tamen nunquam habendam, constitutionibus declaratur. Etenim res est fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat: nã plerique patientia siue duritia tormentorum, ita tormenta contemunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit. Alij tanta sunt impatientia, vt quoduis mentiri quàm pati tormenta velint. ita fit, vt etiam itario modo fateantur: ut non tantum se, verum etiam alios committentur. hæc enim ibi. Huc pertinet locus communis à questionibus, & contra questionibus, de quo eleganter Quintilianus lib. 3. oratio. in §. de principio. & Cicero lib. 2. de inuentione. & li. 2. Rhetor. ad Herennium.

f Aliqui sunt etiam maleficiati, &c.] Ipsemet explicat quid sibi velit esse maleficiatus, hoc est ipsi sponte deserunt maleficiã, vt nõ sentiant se in tormentorum. nec putes hæc prorsus vana esse: nam & Paulus Grillandus causarum criminalium acer quondã iudex, in tract. de questionibus & tortura, quã ff. 4. nu. 13. & seq. refert se expertum hæc esse: idem testatur sibi contrigisse Hippolytus Marsilius in repetitione. ff. de quest. Solent autẽ magna ex parte huiusmodi maleficiã vti verbis & orationibus sumptis, vel ex Psalmis Davidicis, vel ex alijs sacra scriptura locis, quæ miris interdum modis et superstitionibus describunt in chartis membranis puris, quas ipsi chartas virgines vocant, intermixtis quandoque incognitis Angelorum nominibus, qualia nos superiori anno vidimus à quodam vili homine, dum ad carcerem duceretur, abstracta; in quibus inuitati quidam erant circuli, characteres, & figuræ prorsus admirandæ, & valde superstitiosæ.

Hæc omnia interdum in aliqua secreta corporis parte recondunt, vt cum tortura admoventur, siat quasi insensibiles. interdum vero solo verbo profertur quædã voce submissa, ita vt proculdubio quandoque contingat quæ hoc loco commemorat Emericus.

Aduersus has fraudes & incantamẽta, quæ remedia opem ferant, nondum sum expertus: inuabit fortassis cunctas vestes detrabere cum questionibus admoventur huiusmodi homines, quibus sepe has figuras scriptas occultant.

3 Quod non tradetur morti, sed iurabit ne de cetero reuertatur ad delictum.] Ita Barcinonensis impressus, Bononiensis item & codex Cardinalis de Gambara, sed Sabellanus ita: Quod non tradetur morti, si cõfessus fuerit, dummodo amplius non reuertatur ad delictum.

Et quæstio netur consuetis modis.] Hic locus est valde notandus: neque enim debet noua tormentorum genera excogitari, sed solita & vsitata

A sunt adhibenda, vt pulchre docet Antonius Gomez tomo. 3. vari. resol. c. 13. nu. 5. & dixi plene infra super q. 61. vbi totum hunc locum de tormentis copiose declaravi.

i Quod si questionatus decenter, noluerit fate ri veritatem, ponantur alia genera tormentorũ coram eo, &c.] Prima fronte videtur absurdum quod hic tradit Emericus, dum ait eum qui decenter est questionatus, debere perterreferi iappositis coram eo nouis tormentis, ac etiam iure torqueri, quod est iniquum, quando enim quis decenter est tortus, iam vicit ac superauit tormenta, & ideo liberãdus est, non amplius terrendus, nec torquendus: quare ex sequentibus verbis & tota horum verborum serie hæc colligitur Emerici fuisse sententiã, cũ reus primo die decenter est questionatus, iuxta qualitatem tormenti, quod iudicatum est primo sufficere ad eruendam veritatem, licet non sit datum cum debito rigore, vt fieri solet: nam semper à lenioribus tormentis incipiendum est, nec factus fuerit veritas; licet pro illa vice ac die decenter sit questionatus, non tamen est sufficienter tortus: & tunc obedi il li poterunt noua tormenta, quibus amplius in sequentibus sit torquendus nisi fateatur: atque hoc consilium est laudabile & securum: nõ ergo loquitur de eo, qui iuxta qualitatem indiciorum omnia iam tormenta superauit, sed de illo qui licet semel fuerit pro illa vice sufficienter tortus, adhuc tamen secundum iura remanet torquendus, quod indicant apertissime illa verba: Ad continuandum tormenta, non ad iterandum.

Scio quæsitum esse, an qui iure torqueri nõ possunt, terreri saltem possint, velut milites, doctores, equites, & alij nobiles. Sed hæc quæstio in hoc crimine locum non habet, cum omnes priuilegiati & exempti à tortura in alijs delictis, in hoc torqueri possint, vt dixi infra super dict. q. 61.

De illis vero qui vel propter immaturam ætate et corporis debilitatem, quales sunt impuberes, aut propter senectutem non torquentur, dubium est, an saltem terreri possint. & verius est posse, cũ leuiter etiam & cum moderamine, iuxta personam & temperamenti corporis qualitatem, torqueri possint, iuxta textum singularem in l. 1. §. impuberi. ff. ad senatus C. Syllanian. cuius verba sunt: Impuberi autem vitium in supplicio tantum parcimus, an vero etiam in quaestione? & magis est, vt de impubere nec quaestio habeatur, & aliàs solet hoc in vsu obseruari, vt impuberes non torqueantur terri tantum solent, & habena, vel ferula caedi. hæc ibi. Et tenet Simancas de catho. iustit. titu. 65. nu. 45.

Si quis autem atrocius gratia iure torqueri prohibeatur, vt mulier prægnans propter periculum partus; tunc nec terri potest: quoniam ex terrore & comminatione posset sequi abortus: expectanda igitur est donec pariat, si veritas aliter quam per torturam aut terrorem haberi non possit, de quo alibi fufius diximus.

Illã vero est cognitio necessaria, & huius loci propria disputatio, An confessio facta per terrorem & comminationem, absq; ratificatione sit valida, & fidem faciat: in quo articulo, qui valde singularis est

Num. 156.

Locus de tormentis apud Emericum obscurus, et plicatus.

Qui iure torqueri nõ possunt, an possint saltem terri.

Impuberes & senes torquentur & leuiter torquentur.

Mulier prægnans nec torquenda sit.

Confessio per terrorem facta an ratificanda et quãdo, plicata disputatio.

ris & notandus in hac causa, ita distinguere oportet: Aut terror, & comminatio realis est, & actui propinquus, ut pote, cum reus accusatus vel inquisitus erat ligatus, vel spoliatus prope tormentis, aut sane in loco tormentorum: Aut terror remotus est a tormento, & verbis tantum illatus per indicem comminantem reo, se miris modis eum excruciaturum, nisi veritatem fateatur.

Si primo modo per terrorem extracta sit confessio, tunc non valebit sine ratificatione: quia paria sunt confiteri in tormentis, vel metu tormentorum. ita Baldus in l. nouissime. ff. quod falso tutore aucto. quem sequitur ibidem Raphael Cumanus. Idem Baldus in l. interpositas. C. de transactio. tradit Gaudinus tract. de malef. in rubrica, De questionibus. vers. que confessio dicatur facta formidine tormentorum. & alij quos libens omitto. & hac sententia vera est & iuta, & obseruanda. hoc ergo casu, ut confessio valeat, ratificatio & perseverantia exiguntur, perinde ac si in tormentis facta esset.

Torturam & terrorem paria esse qualiter intelligendum.

Si autem quis secundo modo per terrefactum confiteatur, valet tunc confessio absque ratificatione, et tanquam spontanea & sine tormentis facta censeri debet: nam regula que dicit, paria esse torturam & terrorem: de qua Baldus in dict. l. nouissime. ff. quod falso tut. auct. locum habet in terrore primi generis qui actui propinquus est, ut vere & singulariter adnotauit Antonius Gomez 3. tomo. vari. resoluti. c. 13. nu. 4. ver. & ita debet procedere. tenet Bart. in l. 1. §. diuus Severus. nu. 2. ff. de quasi. & Gaudinus tract. de malef. prae citato loco. hac autem verbalis per terrefactum cui libet & indistincte fieri potest, atque ex his puto hunc Emerici locum claram lucem accepisse.

Quod si nec sic, poterit ad terrorem, vel etiam ad veritatem secunda dies, & cert. assignati ad continuandum tormenta, non ad iterandum. Singularis est & tutissima, & penitus obseruanda, haec Emerici doctrina de non iterandis tormentis, nisi noua indicia superueniant, quam sententiam tradunt communiter Doctores. Bartolus in l. vnus. §. 1. ff. de questio. Odoffredus. Cynus, & Salycetus, in l. fin. C. de quest. Alexander lib. 1. consil. 5. incipit. In casu Inquisitionis. nu. 5. Guido de Suzaria tract. de indicij & tortura, nu. 3. vers. quartum notandum. Franciscus Casonus tract. de tormentis, c. 14. nu. 1. & seq.

Noua autem indicia uoco, quae a primis differunt specie & substantia, vide Alexandrum in praecitato consil. 5. lib. 1. & Franciscum Casonum tract. de tormentis, c. 14. Et noua indicia sunt, siue procedant ex dicto eius qui torquetur, siue aliunde, ut not. in l. per hanc. C. de tempor. appel. & tradit Casonus praecitato loco.

Verum tamen quamuis noua superuenierint indicia, non est retorquendus reus, nisi in corporis fortitudine durauerit. l. vnus. §. 1. ff. de questio. tradit Guido de Suzaria praecitato loco, quod est obseruandum, ne forte reus in tortura, dum retorquetur, examinatus concidat, nec referi etiam si leuiter primo fuerit tortus. si enim multi ita debiles, ut ex prioribus tormentis ita remaneant infirmi, ut probabiliter credatur eos non posse alia nondum insueta

etiam leuora sustinere graui iactura & periculo vel animi vel corporis. meminerint ergo iudices se non esse carnifices, & fallaces esse questiones, ut paulo antea monuit auctor.

Ceterum, ut hic locus amplius lucem accipiat, videndum est, quando tormenta repeti possint, quae licet vulgaris sit quaestio, at est valde utilis, & cognitum necessaria.

Sit ergo haec prima regula: Cum reus fuit leuiter et molliter tortus, repeti potest in tormentis, ita ut sufficienter torqueatur, quo casu iudices solent communi iudicio reum deponi a prima tortura, iubere animo, repetendi, ut scribatur se illum deponi iubere animo, repetendi, & hac non tam dicitur repetitio torturae, quam conuincitio: quoniam vere & proprie loquendo repeti tunc dicitur, quando reus fuit sufficienter tortus, ita quod priora indicia plene diluerit, & superauerit: quod si reus fuit sufficienter tortus, & nihil est confessus, tunc non possunt repeti tormenta, ut optime docuit idem Emericus, nisi noua indicia superueniant. ita Albericus in rubrica C. de quest. nu. 8. ubi ita seruari asseruit. & hanc opinionem vocat communem Alexander lib. 1. consil. 5. nu. 5. & alij quos refert, et sequitur Iulius Clarus in praec. crim. §. fi. q. 64. vers. vltimo videndum est, atque ita potest accipi hoc Emerici dictum.

Sit secunda regula: Quamuis ex primis indicij, nemo debeat in tormentis repeti, quod communiter teneri tradit Alexander in dict. consil. 5. nu. 5. hoc tamen fallit, quando prima indicia sunt multum vrgentia & manifesta: nam quamuis hoc casu secundum aliquos de iure tortura repeti non possit, nihilominus de consuetudine seruatur, ut tormenta repeti possint. Bar. in l. vnus. §. reus. nu. 2. ff. de q. quem alij sequuntur, quos praecitato loco refert Iulius Clarus, sed cauendum hic est, ne quid nimis seuerum ratione huius opinionis, committatur. saepe enim contingit ob seueritiam tormentorum multos fieri qui non commiserunt. ego tutius putarem hoc casu non esse repetenda tormenta, si reus sufficienter tortus fuerit, nec aliquid falsi fuerit: quamquam non ambigo in hominibus multum facinorosis, & robustis cum exquisitissima tamen consideratione, hanc regulam quandoque locum habere posse.

Sit tertia & postrema regula: Cum reus in tortura fuerit confessus delictum, & deinde ductus ad ratificandum, confessionem factam reuocauerit, tunc repeti potest in tortura, etiam si alia indicia non superueniant, quia ea confessio primum facta in tormentis, dicitur nouum indicium. Bartolus in l. vnus. §. reus in fine. ff. de questio. & hanc opinionem dicit communem Bossius tit. de tortura, & alij, quos refert & sequitur Iulius Clarus in praec. crim. §. fi. q. 2. vers. vltimus quare. & q. 64. vers. ubi vero & ver. vltimo videndum est, in fine. verum hoc casu vitanda est iudicum quorundam crudelitas, & immanis plusquam carnificum saeuitia, qui tantum reum detinent in tormentis, donec perscueret; hoc enim fieri non debet, nec potest, ut optime praecitato loco scripsit Iulius Clarus.

Quoties autem fieri possit haec repetitio tormentorum ob reuocatum confessionem factam in tormentis, paulo post aperiam.

17. l. Vbi aptem decenter quaestionatus, & tormentis expositus noluerit detegere veritate, amplus non vexetur, sed abire libere dimitatur.] Hic locus est observatio dignissima contra sententiam Cardinalis in clem. 1. de usuris. & Francisci Squillacensis tract. de heret. c. 3. nu. 1. & quorumdam aliorum assererium, reum prius quaestionatum, & si nihil fateatur, purgandum, tandem ad abiurationem compellendum: que sententia velut nimis seua explosa fuit a nobis supra p. 2. super c. inter sollicitudines. S. atque ex hac. & S. seq. & Emericus hoc loco sapientissime more suo sentit rem sufficere tortum liberandum esse absq; alijs penitentis. in quo quid sit observandum, docui praecitato loco, quod omnino videas in hac causa.

Tunc autem dicitur reus tortus sufficienter, quoad ita rigida inflicta est sibi tortura, ut iudicio prudentium considerata indiciorum qualitate ea ipsa indicia purgaverit, & nihil fuit confessus, sed in tortura semper mansit in negatione us. ergo intelligatur quando per torturam indicia sunt purgata, conmensuranda est qualitas rigiditatis inflictae torturae, cum qualitate gravitatis induiorum.

Si autem in quaestionibus prodiderit veritatem, scribatur tortum in processu, & post quaestiones ducatur ad alium locum, &c.] Post inflictum tormentum & confessionem in eo extortam, ut virtute eius possit condemnari, necessarium est ut eam ratificet extra locum torture: quantum autem tempus transire debeat in hac causa nullo communi iure (quod ego sciam) praefinitum est. Bartolus, & alij in l. 1. §. diuus Severus. ff. de quaest. & alij alijs locis in arbitrio iudicis hoc esse positum videntur sentire. Ceterum Antonius Gomez tomo. 3. varia. resolut. c. 13. nu. 24. recte admonet id spatium esse debere vnius diei naturalis: quam sententiam comprobare videtur instructio Madriliiana anno MDLXI. capit. 53. quam paulopost referam: sed hoc spatium ad minus debet transire. benignius tamen est, ut haec ratihabitio fiat post duos, vel tres dies postquam inflicta fuit tortura, ne adhuc tormentorum dolor & vehemens animi perturbatio durare videatur.

Haec ratihabitio quibus observatis fieri debeat, tradit hoc loco Emericus, & praescripsit luculenter Madriliiana instructio c. 53. in haec verba a nobis latina facta: Tractatis vigintiquatuor horis post tormentum, debet reus confessionem suam rata habere, quod si eam reuocaverit, vtendum erit iuris remedijs, & quo tempore tormentum infligitur, notarius debet horam scribere, & similiter faciat tempore ratificationis, ne si sequentia die fiat ratihabitio dubiteatur, an sit facta post vigintiquatuor horas, uel ante. quod si reus confessionem in tormentis factam ratam habuerit, & Inquisitoribus fuerit satisfactum de bona reorum confessione & conversione, poterunt ipsi admittere ad reconciliationem: quamuis in tormentis confessus fuerit, prudenter tamen animaduertere debent, qualiter huiusmodi homines recipiant, & considerare oportet heresum quas confessi fuerat, qualitatem, an eas didicerint ab alijs, vel eas ipsi alios docuerunt ob periculum quod inde

A consequi potest. haec ibi. adde omnino Antonium Gomez praecitato loco.

n Et interrogetur etiam diligentius, & semel, & pluries, &c.] Modus autem interrogationis talis esse solet, Recordaris corum qua heri, aut ab hinc dies duos in tormentis dixisti? nunc dic libere veritatem. & notarius scribat responsonem, quod si ratam habuerit confessionem, plenissima tunc ei fides habetur, ut hactenus dictum est. & cauetur l. 4. septipartita, par. 7. tit. 30.

o Quod si non perstiterit in prima confessione, immo adhuc negauerit veritatem, & non est decenter quaestionatus, &c.] Hic locus de reuocante confessionem factam in tormentis non est si ne adnotatione omittendus, cum sit res vsa frequens & cognita necessaria. Emerici sententia talis esse videtur: si is qui reuocat confessionem, non est sufficienter tortus, iterum potest torqueri, non iteratis tormentis, sed continuatis: quod si sufficienter est tortus, & reuocet confessionem, damnatus est. Sentire ergo apertissime videtur Emericus, ob reuocata tam confessionem factam in tormentis, non posse reum iterum torqueri, si sufficienter est tortus: sed circa hoc tene quod diximus paulo ante. S. sit tertia et postrema regula.

Maiores tamen difficultates est, cum reus confessionem reuocat, quotiens repeti ad tormentum possit, aut debeat. & Julij Clari sententia esse videtur in prac. crimi. §. fin. q. 21. ver. ulterius quero. in fine. & Antonij Comensii 3. tom. varia. resolut. c. 13. nu. 27. & Carrerij in prac. crim. nu. 194. et aliorum, quos refert Boerius decisio 163. incip. Dico praemittendo. nu. 19. & seq. & Pauli Grillandi tract. de quaest. & tortura. q. 7. in fine. horum inquam sententia esse videtur, quod cum reus bis tortus, bis confiteatur & reuocat, tertio possit torqueri, & de integro quaestio haberi. Ceterum haec sententia multis videtur nimis crudelis, ac multis rationibus refelli potest. Primum, quia nulla lege certa nititur: vtriususque confessio secunda facta in tormentis non generat nouum iudicium, cum sit eadem cum prima confessione: tadem, quoniam qua ratione ter torquetur, posset & pluries torqueri, cum nulla diuersitatis ratio commoda assignari possit.

Quare benignius & securius est, ne quis ob reuocata confessionem tertio torqueatur: nam hoc praeterquam quod nulla certa lege cauetur, rudelitate etiam nimis, & inhumana videtur. atq; haec sententia placuisse quoque videtur Iacobo Sinanca de cathol. inst. tit. 65. nu. 82. nam nonnulli alij eorum, quos ille citat in hac sententia, aperte contrariam tuerentur, addit tamen, quod nos approbamus, tunc de mum fortassis recipi posse superiorem sententiam de tertia torture a repetitione, cum reus bis fuerit leuissime tortus, & in posteriore illa confessione, aliqua noua signa priori confessioni addiderit: quorum alterum si desit, nullo modo tertio torquendus est reus & haec videntur mihi in hoc articulo diligenter obseruanda, & hic Emerici locus idem indicare videtur, si diligenter inspiciatur.

p Et si omnino requiratur per sententiam expediti, fiat sibi, &c.] Et haec est vera sententia, quamuis enim Salycetus in l. si sibi. C. de adulter.

Num. 158.

Num. 158.

Reuocante confessionem factam in tormentis iterum torquendus est.

Quoties re torqueri possit reus ob reuocatas confessiones.

Num. 159.

Reus sufficienter tortus, si



nihil cōfiteatur, absque si de iustoribus liber dimittendus.

in l. 3. C. ad l. Iuliam maiestatis. & in l. ea qui A
dem. C. de accusat. & Paris de Puteo in tract. syn-
dicat. in parte, viso de repetitione torture. & alij
quos refert Antonius Gomez tom. 3. varia. resol.
c. 13. nu. 23. teneant rei pluries torti negantis deli-
ctum, causam indecisam relinquendā; at verior sen-
tentia est hoc casus, reum esse expediendum, & cau-
sam eius decidendam, & debito sine terminandam,
quia vulgaris est regula: quod actor non proban-
te reus debet absolui. l. actor. C. de probatio. l. qui ac-
cusare. C. de edendo. quod tenet & probat latissime
Antonius Gomez præcitato loco. & Paulus Gril-
landus tract. de quæst. q. 7. nume. 11. & alij, quos
in re aperta libenter omitto: neque ab hac senten-
tia recedendum est; quam intellige iuxta ea que di-
xi paulo antea. §. vbi autem decenter. & p. 2. super
c. inter sollicitudines. §. atque ex hac. et §. sequenti.
¶ Hic est diligentius attendendum, &c.] Hoc
est accipiendum iuxta ea que diximus supra in prin-
cipio huius commentarij §. & hoc est, quando dela-
tus. Atque ex his, et illis que copiose dicturus sim
cum Eymérico infra quæst. 61. declarantur (nisi fal-
lor) maiores & grauiores difficultates, que in hac
materia contingere possunt.

De quarto modo terminandi processum fidei per abiurationem de leui.



Quartus modus processum fidei finiē-
di & terminandi est, quando dela-
tus de hæresi processus meritis dili-
genter discussis, cum bono cōsilio
in iure peritorum, reperitur tatum
suspectus de hæresi leuiter: & hoc est quādo de
latus de hæresi non deprehenditur nec cōfessio-
ne propria, nec facti euidentia, nec testium pro-
ductione legitima, nec alijs sūt indicia fortia seu
vehementia de illa hæresi contra eum: sed tan-
tummodo modica & leuia, & talia esse per con-
siliū iudicata, propter quæ vt suspectus de hæ-
resi potest & debet, vt talis, illam hæresim, de
qua delatus extitit, abiurare: & talis si relaba-
tur, pœna relapsis debita nō punitur: licet graui-
us tunc fuerit puniendus, quā si non in antea
abiurasset, iuxta c. Accusatus, in princip. de hæ-
ret. li. 6.

Qui abiura-
uit de leui, si
relabatur, nō
punitur pœ-
na relapsorū.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis
enim si habetur suspectus publice, abiurabit pu-
blice in Ecclesia; et si nō, abiuret in palatio epi-
scopali, vel in capitulo cōuētus, Fratru, vbi Inq-
sitor morā trahit, vel in camera Episcopi vel In-
quisitoris, secundū q̄ apud plures vel pauciores
suspectus de dicta hæresi est habitus et reputatus
Modus autem dilponendi ad abiurationem
talis erit.

Forma dissonendi ad abiurationem publi- ce faciendam.

Veniet namque abiuradus ad Ecclesiā vbi
sit determinatum per consilium quod de-

beat publice abiurare: indicto tamen primitus p-
Ecclesias Dominica præcedenti, quod omnes in
terfiant tali die sermone, quem Inquisitor faciet
de fide: & ponetur in loco congruo
vni pinnaculum, vel posticū, seu cadafal iux-
ta altare in medio populi, & ipse abiurandus su-
pra illud stans & non sedens, vt omnibus videretur,
capite denudatus, stantibus custodibus circa
illū: Et facta a sermone in Missa, populo & cle-
ro inibi congregato, ac in illo impugnata hæresi
de qua abiurandus est delatus; Inquisitor dicet
publice, quomodo ille ibi positus in alto basti-
mēto, & est habitus suspectus ex talibus indicij
atque factis, de tali expugnata in sermone hære-
tica prauitate; & ideo dignū est quod purgetur
de illa, eam vt suspectus leuiter abiurando. Quo
dicto ponetur liber Euangeliorum coram illo,
qui debuerit abiurare; quo posito, ipse talis ponet
manus super illum, & abiurabit illam hære-
sim per modum qui sequitur.

Forma abiurandi hæresim quando dela- tus est suspectus leuiter.

Ego talis, diocesis talis, habitator ciuitatis vel 161
loeci talis, in iudicio constitutus coram vobis
domino Episcopo talis ciuitatis, & Fratre N. In-
quisitore hæreticæ prauitatis in terris diuioni-
talis domini subiectis, sacrosanctis Enangelis po-
sitis coram me, & proprijis manib. meis per me
tactis, iuro me credere corde, et profiteor ore, il-
lam sanctam fidem catholicam & Apostolicam,
quam sacra Romana Ecclesia credit, profiteor,
prædicat, & obseruat. Item iuro, me credere cor-
de, & profiteor ore, quod dominus Iesus Chri-
stus: exprimat̄ articulus catholicus contra hære-
sim, de qua leuiter e. & suspectus: verbi gratia, si est
de proprio, vel comm. uni: dicitur sic: iuro me cre-
dere corde, & profiteor ore, quod dominus Iesus
Christus, & eius Apostoli, vbi erant in vita mor-
tali præfenti, habebant & habuerunt in commu-
ni aliqua, que dicit sacra scriptura illos habuisse,
& quod in illis habuerunt ius donandi, vendēdi,
& alienandi. Et post abiuret hæresim contrariam
sic: Et consequenter abiuro, abnego, & renouo il-
lam hæresim, de qua me habetis suspectum vos
domini Episcopus & Inquisitor, que mendaci-
ter asseuerat, quod dominus Iesus Christus, &
eius Apostoli non habuerunt aliquid in proprio
nec in communi, & etiam quod non habuerunt
in aliqua re ius illam donandi, vendēdi, & alie-
nandi. Item iuro, quod nunquam prædictam
hæresim credidi, neque credo; nec illi adha-
si, nec adhæreo de præfenti, nec vnquam credam,
nec adhærebo: nec illam docui, neque docere
intendo. Quod si aliquid prædictorum fecero
in futurum (quod Deus auertat) pœnis iuris
taliter abiuranti debitis prompro animo me sub-
mitto, paratus b subire omnem penitentiam, &
tamquam pro his que feci & dixi, pro quibus me
to me habetis suspectū, uolueritis mihi iniungere
et illā studebo p uiribus adimplere, & nullatenus
contra

contra venire; sic me Deus adiuet, & hæc sacro sancta Evangelia.

Prædicta autem abiuratio fiat in vulgari, vt ab omnib. intelligatur: quia facta Inquisitor poterit sibi dicere publice in vulgari talia verba, vel similia in effectu: Fili. suspicioni m, quã de te habebamus, & non immerito, pur. asti per abiurationem prælibatam; de cætero caucaas tibi, vt non incidas in hanc hæresim abiuratam: nam licet, si peniteres, non tradereris brachio seculari, quia abiurasti tamquam suspectus leuiter, & nõ vehementer; tamen tunc multo fortius punire- ris, quã si non abiurasses, & amodo pro modico habereris suspectus vehementer, & vt talis abiu- raris, & si prolabereris, pena relapsi debita pu- niretis, & absque misericordia tradereris curie seculari, vltimo supplicio ferendus.

Si autem abiurat secrete in palatio Episcopi, vel camera eiusdem Inquisitoris (quãdo scilicet, factum non est publicum) modo consimili abiu- rabit. Quibus peractis feretur sententia in hunc modum.

Forma ferendi sententiam, seu iniun- gendi penitentiam ei, qui abiura- uit vt suspectus leuiter.

Nos N. miseratione diuina Episcopus talis ei nitatis, & Frater, & c. vt in prædictis. Atten- dentes, quod visis & diligenter consideratis pro- cessibus meritis per nos factis, contra te talem dela- tum nobis de heretica prauitate, reperimus te ta- lia, & talia comississe: dicantur illa: quæ te reddidit leuiter suspectum; de hæresi, & propter quæ te ta- lem merito nos habebes, te fecimus vt leuiter su- spectum de prædicta labse, eandem hæresim abiu- rare: verum ne prædicta per te commissa rema- neant impunita, & ut efficiaris cautior in futurum de multorum & magnorum consilio in iure peri- torum, ac etiam religiosorum, in & super his ha- bito maturo consilio, pariter, & digesto, habentes præ oculis solum Deum, ac irrefragabilem sanctæ fidei catholice veritatem, sacrosanctis Euan- gelijs positus coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videat æ- quitatem: Sedentesq; pro tribunali, more iudicij iudicantium, te talem hic in nostra presentia p- sonaliter constitutum, per 4 modum, qui sequitur condemnamus, sententiamus, seu potius penitenti- amus, scilicet, ne de cætero vnquam scienter le- gas, teneas, seu habeas talem librum, & etiam ne deinceps, & c. Ponantur illa, quæ commisit, pro- pter quæ suspectus habitus fuit de prædicta hereti- ca prauitate. Lata est hæc sententia, seu peniten- tia, & c.

Caveat autem notarius, quod in processu ponat, quod talis abiuratio est facta per talẽ, tãquã per suspectum habitum de hæresi leuiter, & non ve- hementer, alias periculum magnum esse posset.

Qua sententia sic perlecta, Inquisitor poterit cõferre indulgentiam xl. vel xx. dierum, iuxta pri- uilegium, Prædictis t̄ omnibus, qui prædictis ser-

A moni, & abiuratiõni interfuerunt; addendo, quod quicumque præstitit cõsiliũ, auxiliũ & fau- rem, vt prædictus abiuratus taliter abiuraret, ha- bet tres annos de indulgentia.

COMMENT. XL.

QVæ ad intelligendos hos tres modos sequentes videlicet quartum, quintum & sextum maxi- me sunt necessaria, tradita sunt et copiose ab Eymeri- co supra par. 2. q. 55. vbi differunt de præsumptio- nibus leuibus, vehementibus, & violentis: quo lo- co & nos plurima ad eum illustrandum addidimus. his vero locis de abiurationibus iniungendis ad pur- gandas vel excludendas, aut ad luendas pœnas pro illis suspicionibus differit singillatim, praxim do- cens, quæ in singulis debeat obseruari: cuius occasio- ne tractanda a nobis hic est abiurationis materia.

Quantum autem ad hunc modum spectat, eum transulit in suam summam T abieſtis verbo, Inqui- sitor. §. 15. Iacobus Sprenger in malleo maleficarũ 3. par. q. 23. Locatus in fine operis iudicialis in for- ma sententiæ contra leuiter suspectum de hæresi. nõ nulla Zanchinus tract. de hæret. c. 41. Syluester de strigibus li. 3. c. 4. puncto 6.

C Sed iam nos de abiuratione dicamus, vt hi modi sequentes facilius percipiantur; de qua agunt Zan- chinus tract. de hæret. c. 20. num. 2. & ibidem Cæ- pegius. Repertorium Inquisitorum, & Locatus in opere iudiciali, & Bernardus Comensis in Lucer- na, verbo, abiuratio. Petrus Godofredus in l. 2. C. de hæret. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 30. n. 66. & seq. Turcremata in summa de Ecclesia, li. 4. parte 2. c. 22. Simancas de Cath. instit. tit. 1. idẽ in enchyridio tit. 5. 3. copiose Ioannes Roias in sin- gularib. fidei, singula. 1. idem tract. de hæret. p. 2. assertio 41. nu. 331. Conradus Brunus lib. 3. de hæret. c. 6. Doctores communiter in c. accusatus in principio. de hæret. li. 6. & alijs varijs locis, quos prudens omitto: nam hi cæteris copiosius rem tra- ctant. extatque etiam de abiuratione hac, de qua dis- ferendum est, singularis locus in Concilio Tholosa- no c. 111. & in Concilio Narbonensi c. 7. & in Con- cilio Bitterensi c. 29.

E Est autem abiuratio quantum pertinet ad hunc locum, nam cæteras huius vocis significaciones li- benter omitto) solemniter hæresim detestatio, eũ as- sertione catholice veritatis, & obligatione iura- mento et pena munita permanendi in fide Christia- na. ita colligitur ex c. ego Berengarius. de consecra. dist. 2. & ex c. ad abolendam. §. illos quoq. de h. re. et ex c. super eo. & ex c. accusatus. de hæret. li. 6. & ex c. inter sollicitudines. de purg. can. & ex plurib. alijs Juris canonici & Conciliorũ, ac sæclorũ Patriũ locis.

Abiuratio res est antiquissima, cõtra quã sentiat imperiti quidã retruſtaris, et Ecclesie inimicis, et in prima Nicena synodo. c. 8. ita scriptũ inuenio. Si quis qui voluerit venire ad ecclesiam catholicã ex No- uatianis, placuit sancto Concilio vt ordinetur, & sic maneat in clero. Ante oia aut hæc habeat ab eis cõfessionẽ, quã p scripturã exigi oportet, vt fateatur se cum oĩ cõsensu Ecclesie catholice & Apo- stolicę statuta obseruatuos. i. cõmunicatuos se

H h 4 & his,

Num. 161.

Abiurationis tractatio.

De abiuratio- ne q̄ differue- rint.

Abiuratio quid.

Abiuratio res antiqua.

& his, qui forte secundas nuptias experti sunt, vel his qui persecutionis tempore lapsi sunt: quibus tamen lapsis penitentiae modus, & tempus ascriptum est, ut in omnibus sequantur ea, quae in Ecclesia catholica & Apostolica obseruatur. haec enim ibi.

Eiusdem abiurationis meminit conciliū Ephestinum sub Celestino primo celebratum, & Conciliū Laodicense, sub Liberio c. 7. & alibi saepe ab approbatis concilijs, & sanctis Patribus, & usurpatam, & visitatam scimus abiurationē. Et Leo Papa refertque Gratianus in c. saluberrimum. & in cap. donatum. 1. q. 7. nullum haereticum ad unitatē Ecclesiae recipiendum iubet, nisi prius haesim abiuret, & anatematizet. huc spectant, quae docet Nicephorus lib. 6. c. historiae ecclesiasticae. tandem labentibus saeculis idem est semper cum haereticis redeuntibus obseruatum, ut in concilio Constantiensi sessio. 13. cum Hieronymo de Praga, & in concilio quodam sacerdotali temporibus Nicolai. 1. cū Berengario, & refertur in c. ego Berengarius. de consecratio. dist. in c. 2.

Abiurationis usus cur olim institutus.

Fuit vero olim salubriter institutus abiurationis usus, ob continuas frequentesque haereticorum fraudes, & intercadentias, ut abiurationis robore adacti, & quasi vinculo constricti, & alligati, cogerentur in catholica Ecclesia unitate permanere, ne libera eis esset impune quoties vellent, recedere, ac Ecclesiae deludere, ut grauius, & vere constituit Leo primus epistola 49. cuius initium est; Relatione sancti fratris. et refert Conradus Brunus li. 3. de her. c. 6.

Quid continere debeat abiuratio.

Iam quid continere debeat abiuratio, luculenter prescripsit olim idem Leo eius nominis Papa primus in dicta epist. 84. ad Nicetam Aquileiense Episcopum in haec verba: Damnatae apertis professionibus suis superbi erroris auctores, & quidquid in doctrina eorum vniuersalis Ecclesia exhorruit, detestentur: omniaque decreta synodalia, quae ad excisionem huius haereseos Apostolicae sedis confirmatae auctoritas, amplecti se, & in omnibus approbare, plenis, & apertis, ac propria manu scriptis protestationibus eloquantur. nihil in verbis eorum obscurum, nihil inueniatur ambiguum: quonia nouimus hanc istorum esse veritatem, ut in quacunque particula dogmatis excreandi, quam a damnandorum societate discreuerint, nihil sibi sensuum suorum eximent esse non saluum. haec ibi. Insignis est locus, & ob id non fuit omittendus: in quo illud est diligenter obseruandum, totam abiurationem propria manu esse scribendam: quod si fieri commode potest, omnino est custodiendum, & praesertim cum abiurant viri insignes, nobiles, litterati, doctores, praedicatores, aut similes.

Quotuplex abiuratio

Abiurationem hanc quadruplicem colligimus, ex hac Emerici tractatione, & Aut enim est de leui, aut de vehemēti, aut de violenta suspitione, aut de nique de haeresi formali: quae paritio aptissime conuenit abiurationi, cum omnis cui subeunda est abiuratio, aut leuiter suspectus sit in fide ob modicas, et leues mala credentiae suspiciones: aut vehementer, ob vehementiam infidelitatis, aut haeresis alicuius in dicitur: aut violenter, ob violenta indigna, & iuris, et

A de iure presumptioes: aut vere, & formaliter sit haereticus.

Quamquam vero huiusmodi abiurationes, praesertim de leui, de vehemēti, & de violenta (nam in formali manifestior est discriminis ratio) ratione finis non differant, cum in id potissimum referantur, ut abiurantes virtute earum ad actum in catholica unitate contineantur; at quo ad effectus valde sunt dissimiles: primum enim differunt formulae siue conceptione uerborum, neque enim eisdem uerbis concipiuntur ex utriusque formulae apparet.

Præterea differunt ex quorundam sententia ratione loci ubi fiunt: quoniam abiuratio de leui fit in domo Episcopi uel Inquisitoris: at abiuratio de vehemēti fit in publico, in conspectu populi ad hoc conuocati, ut uoluit Ioannes Roias in singularibus fidei, singula. 1. nu. 26. ubi dicit ita uoluisse hoc loco Emericum, cum auctor hic nu. 161. vers. circa istum, apertissime sentiat, hanc abiurationem de leui nouo modo secreto, uerum etiam publice fieri posse, cuius qui sic abiurat, publice est de haeresi suspectus, item abiurationem de vehemēti, & publice, & secreto ob eandem rationem fieri posse, docet paulo post Emericus in 5. modo nu. 166. §. circa istum. vers. & abiurabit publice uel secreto.

Tamen si uero in abiuratione de vehemēti cum Emerico consentiam, eam. s. publice fieri posse, immo addo, et ita fieri debere, nisi causa rationabilis alius suadeat: quantum ad leuē autem benignius est, & receptius ut priuatum in auditorio Inquisitorum fiat, ut recte ait Iaco. Simaneas de cath. in c. 1. n. 24.

Sed Emerici sententia olim obseruabatur, cum acrius punirentur, quam nunc, redeuntes ad Ecclesie gremium. & conciliū Biterrense c. 29. & Narbonense c. 6. apertissime comprobant hanc Emerici sententiam: nam in Narbonensi ita scriptum est.

Omnes uero faciatu culpas clero & populo conuocatis publice confiteri, & abiurare, atque iurare, prout in mandatis Apostolicis, & statutis Domini Romani plenius continetur: nisi ubi culpa leuitas, & scandali enormitas, & rigori etiam huic quicquam ostenderet detrahendum. haec ibi. quod Emericus securus nunc publice ratione publica suspitionis, nunc secreto propter secretam suspitionem docuit hanc abiurationem faciendam: sed mitius est, ut dixi, ut ea semper in priuato fiat, & occulto.

De hac uero antiqua seueritate alibi plenius diximus, & tradit multa opportune Repertorium Inquisitorum uerbo, publice.

Tertia inter has abiurationes differētia est, quo ad penitentias iniungendas abiurantibus: quoniam de leui abiurantibus non imponitur tam acris penitentia, quam abiurantibus de vehemēti.

Denique ultima, & potissima differētia est, quoniam qui de vehemēti abiurat, si relabatur in haeresim, relapsorum poena punitur, & curia seculari traditur: qui uero de leui abiurat, quamuis relabatur in haeresim siue abiuratum siue aliam: nec punitur relapsus, nec relapsorum poena plectitur, quamuis acris ob secundum lapsum punitur. cap. accensatus, in princ. ubi Doctores, de haeret. lib. 6. Simaneas de cath. in c. tit. 1. n. 19. Ioannes Roias

in dicto sing. 1. nu. 26. & tradit etiam hoc loco EymERICUS ubi. 161. & hanc sententiam veram esse contra Ancharanum, & alios demonstrari supra par. 2. super quæst. 64. §. vel post constitit.

Qualis autem sit abiurationis formula, seu quibus concipiatur, copiose traduntur præcitati in principio huius commentarij, & EymERICUS in his modis finiendi processum fidei.

In quo tamen hoc est diligentissimè observandū, commune esse omnibus abiurationibus, ut is qui abiuratur, in principio generaliter seu universaliter profiteatur se credere, & tenere eā fidē, quā tenet sancta Romana, & Apostolica Ecclesia; verum tamen in sequenti clausula detestationis, & anathematizationis est differētia: nā qui abiurat de leui, cū descendit postea ad detestandos errores, & hæreses ex sententia EymERICI non profert clausulā illā universālē, videlicet hanc: Et consequenter abiuro, & abnego omnem hæresim extollentem se aduersus sanctam Romanam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam: Sed protinus post universālē fidei protestationem descendit ad particularem eius hæresis, ac eā hæresim detestationem, in quib. est habitus leuiter suspectus, sic: Item iuro me credere, & ore profiteor (verbi gratia summum Pontificē Romanum esse militantis Ecclesiæ visibile caput: aut quid simile, & post detestatur hæresim huius articulo contrariam, sic: Et consequenter abiuro, abnego, & detestor illā hæresim, quæ falso asserit, summum Romanum Pontificem non esse militantis Ecclesiæ visibile caput. Quam differētiā inter abiurationem de leui, & inter abiurationē de vehementi, ac de violento, ut adnotauit auctor, in sexto modo processum fidei terminandi, nu. 176. post titulū, de forma abiurandi omnem hæresim, ab eo faciendam, qui est suspectus habitus violento.

In hanc opinionem putarem descendisse auctore per textum in c. accusatus. §. eum vero. de heret. libro 6. ubi narratiuè dicitur formaliter hæreticum simpliciter vel generaliter abiurasse: ex quo loco patet auctorem collegisse suspectos de hæresi leuiter, non debere detestari seu abiurare omnem hæresim, sed solum eam, aut eas de quibus leuiter habentur suspecti.

Ceterū, ut in hac re, quæ non est leuis momenti, quid fieri debeat indicemus: dico, primum in abiuratione de leui omitti posse securè clausulam illā generalē detestationis, & anathematizationis de omni hæresi, quia etiā si apponeretur, nihil operaretur, cū is qui abiurat de leui siue incidat iterum in hæresim abiuratam siue in alia, non censeatur relapsus: nihilominus tamen posset apponi, siue in principio post universalem protestationē, siue post abiuratas particulares hæreses, sic: Et postremo abiuro omnem hæresim extollentem se contra dictam sanctam Romanam, & Apostolicam Ecclesiam.

Hæc dū scribo Romæ, anno Dñi MDLXXVIII. die 12. mensis Octobris, cōsulens in sacrosancto vniuersalis Romanæ Inquisitionis officio formulas abiurationis de leui, inueni hanc generalē detestationē omitti quandoq; solitam, quandoque vero apponi. placebat Petro Dufinæ assessori sanctæ Romanæ Inquisitionis, ut semper apponeretur: quod mihi etiā

A magnopere probatur, & ita obseruatur hodie Romæ, ut eodē die mihi asseruit Frater Thomas Zolbius Sacrosanctæ generalis Romanæ Inquisitionis Commissarius, atque hoc etiam velle videtur Iacobus Simancas de catho. instr. tit. 1. nu. 12. & titu. 57. nu. 7. dum ait, omnibus abiurandi formulis contineri, ut qui reuertitur ad Ecclesiam, omnes hæreses abiuret, & valde videtur rationi consentaneū, ut is qui quocunq; modo fidem visus est offendere, & protestetur se tenere omnem illam fidem, quam profitetur Sancta Romana Ecclesia, & detestetur omnem hæresim aduersus eam fidem se extollentē.

In abiuratione vero de vehementi nulla dubitatio est, quin prædicta generalis detestationis clausula apponi debeat post præmissam protestationem: idque siue fiat ante particularem hæresim in processu delinquentis contentarum detestationem sic: Et consequenter abiuro, abnego, & reuoco omnem hæresim extollentem se aduersus sanctam Romanam Ecclesiam: siue post abiuratas particulares hæreses, sic: Et postremo abiuro omnem hæresim, &c. ut indicat faciendum Locutus in fine operis iudicialis, in forma abiurationis suspecti vehementer: nam cum abiuratur de vehementi, necessaria est hæc clausula propter relapsus delinquentis, ne si illi relabantur in aliam hæresim ab ea quam in particulari abiurauerunt, teneantur se hac exceptione, dicentes, se non incidisse in hæresim abiuratā sed in aliam quam non abiurauerunt: quod est diligenter obseruandum.

Neque EymERICUS contrarium sentit, quamuis in forma abiurationis de vehementi, clausulam detestationis generalem non apposuerit, cum ipse paulo post in septimo modo finiendi processum fidei, nu. me. 148. vers. aduertendum hic tamen, nominatim docuerit, suspectos de hæresi vehementer, debere generaliter omnem hæresim abiurare, quod ipsum ibidem iterum adnotauit numero 186. vers. Dicatur, omnem hæresim, si abiurauit ut suspectus vehementer. Hæc volui paulo fustius fortassis adnotare: quoniam sepe vidi apud doctos hæc sollicitate queri.

Ad id autem quod quæsitū est; an in abiurationis formula, qua dicitur Sacrosanctum tribunal sanctæ Romanæ, & generalis Inquisitionis, videlicet: quos errores, & hæreses, simul cum omni alio errore, & hæresi contraria sanctæ matri Ecclesiæ catholice, & Apostolicæ Romanæ, abiuro, & detestor: an inquam in hac abiurationis formula verba illa, error, & hæresis, accipiantur pro eodem, nēpe pro assertionē seu propositionē hæreticā, iuxta ea quæ diximus supra par. secunda, super quæstio. tertia, breuiter respondemus, nomine erroris eo loco nō modo hæreticam, verum etiam quamlibet aliā propositionem in fide peccantem esse intelligendā, scilicet propositionem erroneam, sapiētem hæresim, piarum aurium offensiuam, temerariam, scandalosam, blasphemam, schismaticam, seditionosam, & alias similes: is enim qui abiurat non modo hæreses, sed etiam quidquid suspicionem hæresis cōtinet, detestari debet. Rursus quia si pro eodem sumerentur, inutilis, & vana esset repetitio: quare nomine erroris latiori significatione id accipiendū est, quod proxime dixi-

In abiuratione de vehementi generalis omnium hæresum sit detestatio.

diximus; & valde prudenter in abiurationis formula ea delictio apponitur. Ex quo efficitur, vt si is qui abiurauit, post abiurationem incidat in aliquam speciem huiusmodi propositionum proximè dictarum, etiam virtute abiurationis, et obligationis, grauius puniri possit. argumen. ca. accusatus. in principio. de haret. lib. 6.

Qui debeant abiurare.

His ita positis, videamus iam quis debeat abiurare: ac respondeo in vniuersum omnes qui ab heresi reuertuntur: item omnes de heresi suspectos abiurare debere vel canonicè se purgare: quoniam iura de abiuratione loquentia generaliter loquuntur, ac pròinde generaliter intelligi debent. l. 1. §. generali ter. ff. de legat. pr. est. an. & per consequens oēs predictos comprehendunt. itaq; ab hac abiuratione faciendà nullus in fidem delinquens, & ad eam reuertens, etiam aliàs privilegiatus, vel in quacunq; dignitate constitutus excusabitur, nisi per purgationem aut torturam indicia, & suspiciones purgauerit, vt supra monuimus: quod probat apertissime conciliū Tholosanum, quod paulo post citabo.

Quis etate possunt homines abiurare.

Sed qua etate fieri debeat abiuratio, a paucis (quos ego viderim) differitur: ideoque hoc erit è obiter indicandum. Primum qui tenet cum glossa in cap. 1. verbo grauiusculis. Extra de delictis puerorum. de iure canonico post septem annos, homines esse doli capaces, etiam fortassis assererent ea etate compelli posse ad abiurationem. idem diceret multo magis qui iure ciuili aiunt capacem doli esse masculum in decimo anno cum dimidio, & feminam in nono cum dimidio, vt tradit glo. in l. impuberem. ff. de furtis. & l. 1. c. de donatio. & in l. pupillum. ff. de reg. iur. & in §. pupillus. verbo, proximus. instituti. de inutilibus stipulatio.

Sed iudicio meo, quamuis in ceteris delictis hæc recipi possint, in crimine heresis non crederem habere locum, cum crimen heresis mente concipiatur, nec cum sit spirituale tam facile appareat esse crimen, quam furta, homicidia, rapinae, & similia scelera: ideoque grauiusculum, & durissimum mihi videtur hæc etate quemquam ad abiurationem compellere, cum vix in eam etatem crimen heresis cadere possit: quòd si tale quid quandoque contingeret, plurimum spectanda esset pueri puellæ conditio, & quid in ea etate de dogmatibus fidei scire teneatur vel presumatur. Sunt enim nonnunquam multi hæc etate adeo acris ingenij, & iudicij, vt ratio naturam facile vincere videatur, nec qui intra pupillarem etatem abiuraret, publice id facere deberet, vt admonuit Simancas de catho. instit. tit. 1. nu. 24.

Decretum concilij Tholosani, & Biterrensis de etate qua fieri possit abiuratio.

Sed hæc difficultas olim iam proposita, & diffinita mihi videtur in concilio Tholosano anno Domini MCCXXIX. in hæreticos celebrato, vbi cap. II. ita scriptum est: Vniuersi tam mares quam femine, masculi a decimo quarto anno, & supra, femine a duodecimo abiurent omnem heresim extollentem se aduersus sanctam, & catholicam Romanam Ecclesiam, & fidem orthodoxam, quibuscunq; nominibus censetur. hæc ibi. Idè paucis post annis cauit Concilium Biterrense c. 3. 1. his verbis: Præterea vniuersos tam mares quam feminas, masculos a quatuordecim, feminas a duodecim annos, & supra, faciatis abiurare om-

nem heresim, & iurare quòd fidem seruēt, & defendent catholicam. hæc ibi. Quæ sententia turissimè mihi plane videtur, cum tot prælatorum doctissimorum fuerit iudicio comprobata. Si quis ergo infra hæc etatem in fide deliquerit, alijs penis erit coerendus, non autè ad abiurationem compellendus, vt ex his verbis colligitur: & hoc tutius esse credo.

Instructio tamen quedam Valladolitana facta anno Domini MCCCLXXXVIII. c. 12. indicare videtur, ante hæc etatem posse pueros abiurare si doli capaces fuerint, non tamen publice, in hæc verba a nobis latine reddita: Item constituerunt, vt minores etate discretionis tam masculi, quam femine, nõ teneatur publicè abiurare, nisi post dictos annos discretionis: qui est annus duodecimus in femina, & quartusdecimus in masculo: atque ita intelligatur statutum ordinationum Hispalensium, quod de hoc disponit: cumq; prædictos annos excesserint, abiurent quod deliquerint dum essent in minori etate constituti, si fuerint doli capaces. hæc tenus ibi.

Sanè mea hæc est sententia, grauiusculam esse abiurationis penitentiam, propter penas, ad quas se obligant, qui abiurant, & propterea in hæc etate nõ facile esse imponendam abiurationem, nisi de malitia pueri ac ceteris que solent delictum comitari in hac causa, velut de errore intellectus, & notitia contrarie veritatis constaret.

Sed vbi admiserimus in pupillari etate cogi pueros posse ad abiurationem, abiurabunt ne vt vehementer suspecti, aut vt hæretici formales, aut tantum de leuè grauis est hæc difficultas, & maturè indiget consideratione; & cum prematura etas plurimum in causa heresis delicti detrahatur, vt dixi supra par. 1. super l. si quis. C. ne sanct. baptif. itere. §. si tamen criminis fortassis nõ ineptè quis diceret de leui tantum iniungendam esse abiurationem: nõ fragilis etas, iudicium inconstans, rationabilis ignorantia credendorum, & alie circumstantie multum detrahunt delictis puerorum, & plurimum etiam minuant heresis suspiciones.

At si de heresi formali constaret, nec excusarent que proximè diximus, abiuratio de formali heresi esset faciendà.

Iam vt constat eum qui abiurauit, qualiter abiurauit, publicum fieri debet de abiuratione instrumentum: quod sepius inculcat Emericus in his tribus modis, quibus de abiuratione differit: id quod luculenter cauit olim Concilium Narbonense. c. 6. in his verbis: Omnes vero faciatis culpas suas, elero, & populo conuocatis, publicè confiteri, & abiurare, atque iurare prout in mandatis Apostolicis, & in statutis Domini Romani plenius continentur: nisi vbi culpa leuata, & scandali enormitas, & rigori etiam huic quicquam ostenderent detrahendum: & de singulis fiant publica instrumenta cõtinentia culpas, abiurationes, promissiones, & penitentias eorundem, ne vltius perire possit, vel latere veritas diu celata; nunc autem Domino tam mirabiliter, quam misericorditer reuelata. hæc tenus ibi.

Postremo, vt nihil in hac abiurationis causa desideres, videamus an qui abiurat, debeat se subscribere.

heret. & sine qua diximus paulo antea cum agere
mus de origine abiurationis, subscribendum esse, pro
hæret. videtur Syluester in sum. verbo, hæresis 1.
§. 17. nu. 19. & Ponzinibus tract. de lamijs, num.
89. de abiuratione constare debere per scripturam
autem: quod est verum, sed nihil de subscriptione di-
cunt, ut quidam falso eos citantes asserunt. Petrus
Godofredus in l. 2. C. de hæret. §. hæreticorum autē
vocabulo. & Campegius apud Zanchinum cap. 20.
vers. abiuratio. subscriptionem non esse de essen-
tia abiurationis autumant, & satis esse aiunt, ut
de eo actū constet per testes, & publicam scripturā,
præsertim cum non omnes aut scribere possunt, aut
sciunt, id quod ex longa huius tribualis consuetudi-
ne Campegius dixit comprobari.

Verumtamen in hac re hoc videtur penitus obser-
uandum, si scribere sciat reus, abiurationi a se factæ
addere subscriptionem debet; quod si nesciat, aut nō
potest scribere, tunc Inquisitor, & notarius se sub-
scribent. & hoc est tutissimum, & Inquisitoribus
Hispania præscriptum per Madrilianam instructio-
nem anno MDLXI. c. 42. in hæc verba: Abiuratio,
quam rei fecerint, apponatur in fine sententiæ,
& pronuntiationis illius, cui, si sciunt rei scribere,
subscribent, appositus nominibus suis: sed si ne-
sciant, tunc vnus ex Inquisitoribus, & notarius
subscribent. hæc ibi. idem cautum est per eandem
instructioem c. 46. in fine.

Quoniam vero si abiuratio fiat in loco publico,
tunc reus non potest ei subscribere: curabunt Inqui-
sitores, ut vel ante, vel sequenti die in suo adiuo-
rio, rei subscriptiones suas apponant eo modo, quo
dictum est.

Id etiam erat hic dicendum, an abiuratio ante sen-
tentiam, vel post eam fieri debeat, de quo agā paulo
post super quinto modo processum fidei terminandi.
atque ex his, nisi fallor, manebit illustrissima Eyme-
rici doctrina in his modis abiurandi.

Et factō sermone in Missa, &c. Inquisitor di-
cet publice quomodo ille ibi positus est habitus
subpectus, &c.] Sed hoc hodie vsus non obseruat;
neque est necessarium, cum antequam sententia pro-
nuntietur in reum, publice legatur totius causæ sum-
ma, & explicentur delicta, ob quæ Inquisitores pro-
cesserunt contra eum. itaque hac molestia se poterit
Inquisitor absq; vilo periculo liberare.

In vetusto tamen illo codice, cuius nobis copiam
fecit Illustrissimus Cardinalis Sirletus in fine, hæc
praxis, quam hic tradit Eymericus, præscribitur, nā
ita iubet dicere Inquisitorem: Magnifici domini
rectores, nobiles, & generosi, iste qui est hic in
alto positus, incidit in hæreses, contra quas est vo-
bis prædicatum, & illas tenuit, & circa illas mul-
tum offendit. & mox iubet notario, ut legat.

Paratus, &c. subire omnem penitentiā, &c.]
Hæc est solennis obligatio, quam præstat reus cu
abiurat, quæ quid contineat, & quid in ea sit obser-
uandum, dixi plene supra hac 3. parte num. 18. vbi
videas quæ ad hunc locum spectant.

Forma ferendi sententiam, seu iniungendi
penitentiam, &c.] In toto ordine iudiciario post
perfectum iam, & completum processum, & post
causam debito iuris ordine seruato terminatam, duo

A postremo loco requiruntur, sententia diffinitiuæ, &
executio sententiæ, seu rei iudicata: in quibus quis
ordo in hac hæresis causa obseruandus sit, breuiter
est hoc loco dicendum. trademus vero more nostro
receptiora, & securiora.

Ergo postquam in crimine hæresis diligens sa-
ctæ fuerit inquisitio, & examinatio, & data suæ de-
fensionis delato, inquisitor cū Episcopo, vel eius vi-
cario, ac cōsilio peritorum de sententiā deliberabūt:
ut si reus innocēs fuerit repertus, absoluat; cōtra-
vero damnetur, vbi vel confessus, vel conuictus le-
gitime reperitur. Godissaluis tract. de heret. q. 15.
nu. 1. Simacas de catho. inst. tit. 60. num. 2. & alij.

B Ac qua ratione absolutoria sententia, sit profe-
renda, paulo antea docuit Eymericus, & nos cū eo
in primo modo processum fidei terminandi, & ideo
de condemnatoria nunc est agendum.

Rursus, cum decretum fuerit quo die, & qua ho-
ra, & quo loco pronuntianda sententia sit, citandus
est reus, ac vocandus, ut personaliter sententiam
audiat, & cepturus debitam pro delictis penā. Con-
dissaluis tract. de heret. q. 15. nu. 1. Ludouicus Car-
verius tract. de heret. nu. 128. & hæc praxis com-
muniter obseruatur, nec ab ea est vilo pacto receden-
dum. Iulius Clarus in pract. crim. q. 21. vers. sed hic
quaro. textus in clem. sepe. de verb. signifi. circa fi-
nem, ibi: Sententiam vero dilinitiuam (citatis ad
id licet non peremptorie partibus,) &c. profer-
rat. Ac de hac citatione vide plene per glo. in ver-
bo, non obstantibus. in extrauagan. rem nō nouam.
tit. de dolo, & contu. inter communes.

C Nec valeret citatio si diceretur reo, ut ad audiē-
dam iudicis voluntatem ueniat; sed dicere oportet,
ut veniat ad audiendam sententiam. glo. in ca. cum
contumacia. de heret. lib. 6. verbo respondeat. gl. in
d. clem. sepe. verbo, ad id. Bernardus Comensis in
lucerna verbo, sententia. §. 10. adde Conradum Bru-
num lib. 4. de heret. c. 10.

Neque hæc citatio omitti debet, alias sententia
non consisteret. quam sententiam stando, non sedē-
do reus audire debet nudo capite.

Ad hæc, sententia condemnatoria proferenda nō
est per Inquisitorē nisi præseente ordinario, vel eius
vicario. clem. 1. §. propter quod. vers. duro tamen
de heret. nisi vnus alteri commiserit vices suas,
vel adesse non potuerit, vel legitime expectatus nō
venerit intra terminum, d. clem. 1. de heret. tra-
dit Eymericus 3. parte quæst. 49. sed consultius e-
rit, ut semper vel ordinarius (præsertim cum pu-
blice ferenda est sententiā) vel eius vicarius adsint;
vocandi quoque sunt consultores, de quorum consi-
lio ad sententiam ventum est, quamuis sine ipsis fer-
ri possit.

Præerea in scriptis ferri debet, & recitari; ne
deinceps ex defectu scripturæ contingeret occultari
veritatē semel propositam, & in iudicio definitam
ut optime docuit glossa. in d. clem. sepe. de verbor.
signifi. verbo, in scriptis. cui sententiæ, ut ibidem do-
cet glossa, non aduersatur textus eius clementine. l.
1. C. de sentent. ex breuiloquo recitan. Syluester in
sum. verbo, sententia. quæst. 4. vers. tertium. quod
etiā nominatim in hac causa videtur sanciuisse Cō-
cilium Narbonense, ca. 6. quod retuli paulo ante in
hoc

Inferenda sen-
tentiā contra
reos huius
criminis quis
ordo seruan-
dus.

Citandus reus
ad audiendā
sententiam.

Sententia cō-
demnatoria
præseente Epi-
scopo profe-
renda.

In scriptis p-
ferenda sen-
tentiā.

hoc eodem commentario. §. iam vt constat. & ita nominatim faciendum docet in hac causa, quocumque modo in delicto fuerit processum, Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 10.

Inquisitores per alios possunt pronuntiare sententias.

Et quamquam in alijs causis index ipse, non alius sententiam pronuntiare debeat, Inquisitores tamen hereticæ prauitatis per alios possunt eas recitare. c. vt commissi. in principio. de heret. lib. 6. vbi notant Joannes And. Dominicus, & alij. tradit Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 10. & Ioannes Roias in singularibus fidei, singula. 94. in prin. Nam Inquisitores sicut Episcopi sententias possunt per alios recitare, vt dicit Gemianus in cap. vlt. de re iud. & Bernardus in Lucerna verbo, sententia. §. 9. idem verbo, Inquisitor. §. 28.

De die profrenda sententia.

Iam sententiæ reorum de die, non de nocte profrendi debent. Panormitanus in c. consiluit. de officio delegati. & ibi Felynus: fieri tamen potest quandoque, vt ob multitudinem reorum, & prolixitatem processuum, & delictorum, non possunt comode aliquorum sententiæ interdum in hoc crimine pronuntiar, presertim quo tempore ad actionem fidei publicam plures rei simul produciuntur, quo casu quâuis de nocte nonnullorum sententiæ proferantur, non ideo reddentur vane, aut nullæ: melius tamen erit, & securius propter alia pericula, quæ ob tenebras interuenire possunt, interdum omnia absolueri.

Qualiter ordinanda sint condemnatoria.

Postremo, sententia condemnatoria ita formabitur, vt in ea primum qualitas hæresum, & errorum à reo assertorum declaratur: inde diligens criminum, inuestigatio, citationes, admonitiones, confessiones, probationes legitime, inducunt ad penitendum competentes data, obduratus in erroribus reorum animus, & reliqua quæ ad iustum processum faciendum, attinent, enumerentur; tandem pro qualitate criminis secundum leges, & regulas in hoc crimine obseruandas subiungatur ipsa sententiæ dispositio. Conradus Brunus lib. 4. de heret. c. 10. Simancas de catho. instit. tit. 60. nu. 2.

Cetera vero, quæ ad particulares quorundam reorum sententias spectant, veluti impenitentium, & relapsorum, paulo post suis locis dicam: hic enim in genere tantum ostendimus, quæ in pronuntiandis sententijs sint obseruanda. & multa consilio omisimus, quæ vel in hoc crimine locum non habent, vel facilia sunt, & cuique vel mediocriter erudito, nota.

Si eodem sententia qualiter executioni mandanda.

Sed iam alterum susceptæ disputationis, caput abfoluamus, videlicet, de sententiæ pronuntiatione, in quo hæc summa est: Si rei contra quos sententia lata est, relapsi fuerint, aut impenitentes, curie seculari relinquuntur, nec in his vlla amplius sunt Inquisitorum partes, sed illi per iudices seculares statim debent vltimo affici supplicio, vt alibi fusius dictum est.

Admonitio Inquisitorum ad penitentes.

Quod si penitentes, & reconciliati fuerint, & in publicum spectaculum producti eo die, quo sint in eos sunt prolata, ad solitos sancti officij carceres reducendi sunt, & die sequenti producantur in adiutorio Inquisitorum, & admocebuntur eorum quæ per sententias fuerunt illis iniuncta, & quàm graues penas sint habituri, nisi humiliter iniunctas penitentias adimpleant: quibus peractis, nunquamque mittentur ad locum, quem ei per sententiam assignauerunt.

A Illos vero, quos ad penas trivremium condemnauerunt, ad carceres iudicium secularium transfundendos curabunt. in his denique quisque laudabile sue Inquisitionis consuetudinem obseruabit, quamuis superiora tuta sint, & quæ facile possint, aut debeant in hoc iudicio obseruari.

d Per modum qui sequitur condemnamus, Penitentiamus, seu potius penitentiamus. Penitentiamus dicit, non punimus, quonia quæ redeunt tibus imponuntur penitentia, non sunt proprie penas, sed salutare medicina, & penitentia quidē eius dicitur. B qui leuiter abiurauit, arbitrio Inquisitoris imponitur, iuxta personarum, & delicti qualitatem; in quo hoc est obseruandum, quod hic indicat Emericus, videlicet contraria eorum quæ commiserunt, reis iniungatur: quod etiam plenius explicui supra in hoc 3. par. commentario. 7. nu. 18. §. & dicitur eis sic; traditurque singulariter Zachimus tract. de heret. c. 20. vbi valde prudenter docet quomodo sint imponende penitentiales pænæ iuxta personarum, & delictorum qualitatem.

De quinto modo terminandi processum fidei per abiurationem de vehementi.



Vintusmodus processum fidei finit, & terminandi est, quando delatus de hæresi, processum meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum, reperitur suspectus de hæresi vehementer: & hoc est quâdo delatus de hæretica prauitate, non reperitur legitime deprehensus, nec confessione propria, nec facti euidencia, nec testium productione legitima, sed sunt magna, & graui probata indicia contra eum, & talia per consilium iudicata, quæ illi reddunt suspectum vehementer de predicta hæretica prauitate.

D Circa istum talis practica est seruanda. Talis namque debet, vt suspectus vehementer de tali hæresi, abiurare illam hæreticam prauitatem, quod si postmodum relabatur, per na relapsus de bita puniatur: hoc est, quod tradatur brachio seculari vltimo supplicio feriendus, iuxta c. Accusatus. in prin. de heret. lib. 6. t. t. abiurabit publice, vel secrete, secundum quod suspectus est habitus publice, vel secrete, & apud plures, vel pauciores, & graues, vel leues, vt dictum est statim de illo, qui est suspectus leuiter de hæresi, & habet vt talis hæresim abiurare.

E Modus autem disponendi ad abiurationem talis erit.

Forma disponendi ad hæresim abiurandam eum, qui est suspectus de hæresi vehementer.

Si enim determinatum est per consilium, quod delatus ille debeat in cathedrali, vel alia solenni ecclesia publice abiurare, per aliquot die

ante ex parte Episcopi, & Inquisitoris, vel eorū
 iterius, per omnes ecclesias illius ciuitatis, vel lo-
 ci, in quo henda est abiuratio antedicta, populo
 publicè indicatur, quod tali die, & in tali eccle-
 sia, Inquisitor de fide sermonem debet facere ge-
 neralem: & quod non erit sermo in illa ciuitate,
 vel loco, nisi ibi; & sic quod veniant, & habebūt
 indulgentiam consuetam. Et eadem die Inquisi-
 tor notificabit ad conuentus religiosorum, quod
 tali die non erit sermo in illo loco nisi suus. In-
 terim Inquisitor sit diligens ad componendum
 sermonem suum, formando secundum materiā,
 de qua agitur, informando populum de veritate
 fidei catholice, contra illam hæresim, quam de-
 latus ille habebit iurare, & ad formandum abiur-
 rationem, & sententiam cum episcopo, vel vica-
 rio ipsius, illius ciuitatis, vel loci: & etiam vt die
 præcedenti abiurationem, de sero ordinet, quod
 ponatur in medio in ecclesia vna sedes alta, in
 qua abiurandus ponatur.

Adueniente autem die Dominica ad abiura-
 tionem faciendam, & ad audiendam sententiā,
 seu penitentiam abiurando imponendam, In-
 quisitor sermonem faciet generalem, quo facto,
 legantur publicè per notarium, vel aliquem Fra-
 trem, vel clericum, ea de quibus ipse abiurandus
 est conuictus, & alia, ex quibus habitus est sus-
 pectus de hæresi vehementer: post dicitur sibi per
 Inquisitorem: Ecce a quod ex hic recitatis tu es
 nobis suspectus de tali hæresi vehementer; qua-
 re oportet quod tu purges te, & abies hæresim
 supradictam: & tunc ponetur coram abiurando
 liber Euangeliorum, & ipse ponet manus super
 illum: & si scit legere competenter, tradetur sibi
 sequens abiuratio in scriptis, & leger coram om-
 ni populo. Si autem nesciat legere competenter,
 notarius, vel aliquis religiosus, seu clericus, leget
 ea spatiosè, & abiurandus respondebit alta vo-
 ce, & intelligibili per hunc modum. Nam nota-
 rius, seu religiosus dicit sic: Ego talis de tali lo-
 co, & ipse respondebit per eadem verba: & ille,
 in iudicio constitutus; & iste respondebit per ea-
 dem verba semper in vulgari, & sic quousq; ab-
 iuratio sit finita, & abiurabit per formam teno-
 ris sequentis.

**Forma^b abiurandi hæresim, quando de-
 latus est suspectus vehementer.**

EGo talis de tali loco, talis diocesis, in iudicio
 personaliter constitutus coram vobis vene-
 randis dominis Episcopo talis ciuitatis, & fratre
 tali, Inquisitore hæreticæ prauitatis, in terris di-
 ctioni talis domini subiectis, sacrosanctis Euange-
 lijs positus coram me, & proprijs manibus per
 me tactis, iuro me credere corde, & profiteor ore
 illam sanctam fidem catholicam, & Apostolicā,
 quam sacrosancta Romana Ecclesia docet, pro-
 fiteor, predicatq; tenet. Item iuro me crede-
 re corde, & profiteor ore quod, &c. *Explicetur ar-
 ticulus catholicus contrarius illi hæresi, de qua vehe-
 menter est suspectus, vt verbi gratia, si est suspectus*

A de processione Spiritus sancti a Patre, et Filio; dice-
 tur sic. Iuro me credere corde, & profiteor ore, qd
 Spiritus sanctus procedit ꝑ a patre, & Filio, &
 æqualiter tanquā ab uno principio, & nō a duo-
 bus: & post abiuret hæresim contrariam sic: Et con-
 sequenter abiuro, abnego, & reuoco illam hære-
 sim, quæ falso, & mendaciter affirmat, quod Spi-
 ritus sanctus nō procedit a Patre, & Filio simul,
 tanquā ab vno principio, sed a duobus. Item iuro,
 quod nunquam prædictæ hæresi credidi, neque
 nunc credo, nec credam, nec illi adhasi, nec ad-
 hæreo de præsentibus, nec adhasere intendo, nec do-
 cui, nec docere intendo, nec docebo. Item iure,
 & promitto, qd talia, & talia, exprimat, propter
 quæ habetis me suspectum de huiusmodi hæresi
 vehementer, nunquam faciam, nec operam vt
 fiant, dabo. Quod si aliquid de prædictis fecero
 in futurum (quod Deus auertat), pennis de iure re-
 lapsus debitus, prom pto animo me submitto, pa-
 ratus subire omnem penitentiam, quam pro his
 quæ feci, & dixi propter quæ habetis me sus-
 pectum de dicta hæresi vehementer, decreueritis
 mihi iniungere; & illam iuro, & promitto pro vi-
 ribus adimplere, & nullatenus contraire: sic me
 Deus adiuuet, & hæc Evangelia sacrosancta.

B Prædicta autem abiuratio fiat in vulgari, ut
 ab omnibus capiatur, nisi fieret solummodo co-
 ram personis ecclesiasticis, qui linguam latinam
 intelligerent competenter. Si autem abiurau-
 rit secretè, scilicet in palatio Episcopi, vel in ca-
 pitulo fratrum, vel Camera Episcopi, vel Inqui-
 sitoris quando scilicet factum non est publicū;
 modo consimili abiurabit.

C Facta autem prædicta abiuratione, Inquisitor
 poterit dicere ei, qui abiurauit, talia verba ibi pu-
 blicè, vel similia in effectu: Fili, tu suspensionem,
 quam de te, & merito habebamus, purgasti per
 abiurationem, quā fecisti; volo tamen te redde-
 re cautionem: Cautus tibi deinceps quō ages: nā
 si de cætero talia agas vel dicas, propter quæ pro-
 betur, quod incidetis in futurum in hæresim
 abiuratam, sine misericordia pœna relapsus debi-
 ta punieris, & vt relapsus traderis brachio sæcu-
 lari, vltimo supplicio feriendus: quare super om-
 nia elonges te a consortio hominum, vita, & mo-
 ribus ab alijs communiter dissidentium, ne te fa-
 ciant recidere in relapsum.

D Sit cautus notarius, qd ponat in actis, quō talis
 abiuratio facta est per talem, vt per suspectū de
 hæresi vehementer, & non solum leuiter, ad hoc
 vt si relabatur, sciatur qualiter puniretur: ꝑ quia
 pœna relapsus debita. Quibus peractis feretur sen-
 tentia, seu penitentia in hunc modum.

**Forma sententiandi eum, qui abiurauit
 vt suspectus vehementer.**

NOs N. Episcopus talis ciuitatis, & Frater N.
 Inquisitori hæreticæ prauitatis in terris ta-
 lis domini ditioni subiectis, à sancta sede Aposto-
 lica specialiter delegatus.
ATTENDENTES quod tu talis, de tali lo-
 co, & talis diocesis, talia, & talia commisisti,
 dicant

† Capit. r. de
 sum. Trin. &
 fide cath. li. 6

¹⁶⁹ Abiuratio
 fiat in vulgari,
 & quando
 possit fieri a-
 liter.

Admonicio
 facienda ab
 Inquisitore
 post abiura-
 tionem.

† Al. puniri
 debeat.

dicatur illa, vt ex processu meritis diligenter discussis legitime nobis constat, propter quæ, & merito habentes te suspectum vehementer de tali hæretica prauitate, illam vt taliter suspectum te fecimus abiurare, de magno consilio in iure peritorum, iustitia suadente: verum vt effectaris cautior in futurum, & ne reddaris procliuor ad con similia peragenda, & ne crimina remaneant impunita, & vt sis cæteris delinquentibus in exemplum, de multorum magnorum in iure peritorum ac et in sacra Theologia magistrorum, seu doctorum, in & super his habito maturo consilio, pariter & digesto, habentes præ oculis solum Deum ac sanctæ fidei Catholicæ, & Apostolicæ veritatem, sacrosanctis Euangelij positus coram nobis vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat; & nostri oculi videant æquitatem: Sedentesq; tribunali more iudicum iudicantium, te talē hic in nostra præsentia personaliter constitutum, forma, qua sequitur condemnamus, seu potius penitentiam, videlicet, ne deinceps talia, vel talia facere, vel dicere præsumas.

Ponatur illa, que conuincitur commississe, propter que fuit suspectus habitus de prædicta heresi vehementer, & non illa, propter que si committeret, incidere leuiter in relapsum, sed alia sibi imponatur prout negotij varietas exposulat, & requirit; vt pote, quod nunquam scienter habeat tales libros, vel ne eos, quos sciverit abiurasse; & receptet, & similia. Lata fuit hæc sententia, &c.

¶ Al. qualitas

¶ Al. hæreticos.

141

Qua sententia sic lata pariter & perfecta, Inquisitor poterit facere tria. Primum est, quod reducat penitentiam ad certa puncta, & penitentiato exponat illa vt cautior reddatur, informando eum, qd obseruet penitentiam sibi iniuncta, alias incidere in relapsum, & posset impitens merito iudicari. Secundum est, quod cõferat indulgentiam xl. vel xx. dierum, iuxta priuilegiū, Præcunctis. ¶ omnibus, & singulis, qui sermoni tuo, vel abiurationi prædictis interfuerunt. Tertium quod exponat populo, quod omnes, qui præstiterunt consilium, auxilium, vel fauorem, quod prædictus talis abiurauerit hæreticam prauitatem, vt pote, qui eum denunciarunt, de posuerunt, consilio interfuerunt, abiurationem, vel sententiã legerunt, habent tres annos de indulgentia; concludendo, & monendo populum, quod quicūq; sciuerit aliquem hæreticum, vel de hæresi suspectum, seu diffamatum, debet Episcopo, vel eidē Inquisitori, seu eorum vicarijs intumare, & habebunt etiam tres annos de indulgentia, iuxta priuilegiū allegatum, & ultra hoc præmium in cælis in æternum.

¶ H. beatus su
12a pag. 131

172

Penitentia
spectorum
de hæresi.

Attendendum est autem, quod suspecti de heresi, & non deprehensi, siue sint suspecti vehementer siue leuiter, non debent perpetuo immurari, nec perpetuo incarcerationi, quia hæc est pœna illorum, qui fuerunt hæretici, & post penitentiam, vt patet in c. Excommunicamus, 3. de hæret. & in c. Quoniam, de hæret. lib. 6. Sed possunt propter illa, qua commiserunt, ex quibus habitus sunt suspecti, ad certum tēpus incarcerationi, seu carceri mancipari, & postmodum, prout videbitur, dispensa-

ari, iuxta c. Vt commissi, de hæret. lib. 6. Nec huiusmodi suspecti sunt crucibus consignandi. Næcruces sunt insignia hæretici penitentis: suspecti autem non fuerunt hæretici habitus, quare non sunt consignandi; potest tamen eis imponi, quod sit certis diebus solemnibus in valus talium ecclesiarum, vel circa altare dum Missarum solemnior celebrantur, habentes in manibus cereum ardētem tanti ponderis; vel quod vadant ad talem peregrinationem, & similia, prout negotij qualitas expetit, & requirit.

COMMENT. XLI.

Endem hunc modum paucis mutatis præstribunt Tabiensis in summa, verbo, Inquisitor. §. 16. & Iacobus Sprengelius in mallo maleficarum, 3. par. q. 24. & Locatus in fine operis iudicialis, tit. De forma sententiæ contra vehementer suspectum de heresi. Syluester de virgibus, li. 3. c. 4. puncto 7. nonnulla Zanchinus tract. de heret. cap. 41. & Repertorium Inquisitorum verbo, sententiæ. §. alia sententiæ. vers. quia nobis constat, & alij quos libens omitto. & circa hunc modum nulla serè occurrit difficultas, quam non abunde explicauerimus supra in modo quarto finiendi processum.

Hoc tamen loco illud occurrit declarandū, quod in præcitato commentario consulto omiserā ob prolixitatem: An scilicet prius debeat fieri abiuratio, deinde vero pronuciari sententiæ, an è conuerso? & Emericus, vt series eius indicat, in his modis semper abiurationem præfert sententiæ: neq; absq; ratione. cum enim sententiæ supponat processum cõpletum, & absolutum, rationi consentaneum videtur, vt prius quam sententiæ pronucietur, cõfici debito ordine expediantur, iuxta doctrinam Specular. tit. de sen. §. nunc videndum restat. hæc fortiss respiciens Emericus abiurationem vbiq; præmisit, inde sententiã pronuciavit.

Verum tamen Romæ Illustrissimus sacrosanctus, & generalis Inquisitionis Senatus cõvariū obseruat: prius n. profertur sententiæ, inde penitus abiurat. & prudentissima, & consultissima ratione fieri crediderem: quoniam abiuratio inter pœnas, idēntib. imponendas solet numerari. neque ab hac cõsuetudine crederem recedendum. videto Campegium apud Zanchinum, c. 41. vers. circa ordinem vero.

Post dicitur sibi per Inquisitorē: ecce quod ex hic recitatis tu es nobis suspectus, &c. Non credo necessariū hoc Emerici documentum, nec vsus Inquisitionum hoc nunc obseruat, quod ego sciam: verum tamen cum hanc publicè ad administrationē reus fieri voluerint Inquisitores, honorificentius, et magnificentiùs videtur, vt decretum legi iubent, quo contineatur, talem iuridicè deprehensum in lectas hereses incidisse, aut habitum fuisse de illis vehementer suspectum, & velut hereticum, & impitentem iudicandum, nisi eas, & alias omnes detestetur hoc loco, hæc die, hæc hora: quo edicto publicato reus clara voce dicit se penitere, & paratum esse ad abiurandum. Campegius apud Zanchinum, capitu. 41. vers. circa ordinem vero, nihil damno, quisq; in his laudabilem sue Inquisitionis sequat. consue-

si fuerit innotuit si irreprehensibilis vult agere
 f. p. m. i. n. o. s. a. c. r. o. s. a. n. c. t. e. R. o. m. a. n. u. s. & genera-
 l. i. s. u. n. i. v. e. r. s. i. t. a. t. i. s. r. i. t. u. m. s. e. q. u. a. t. u. r.

Forma abiurandi hæresim, quando delatus
 est suspectus vehementer.] *Palebra sunt istę for-
 mę quas Emericus prescribit, sed si per tempus
 fuerit legito illam, quam Concilium Constantien-
 se prescripsit Hieronymo de Praga sessio. 19. alte-
 ram, quam fecit Berengarius, habes apud Gratianũ
 in c. ego Berengarius. de consecr. dist. 2. quã retulit
 Emericus par. 2. q. 6. vbi ego aliam eiusdem Berē-
 garij retuli: aliam abiurandi formulam refert Ioan-
 nes Tarrecrematas, lib. 4. de ecclesia. par. 2. c. 22. &
 aliam Alfonso Caslus lib. 1. c. vlt. de iusta hære-
 ticorum punitio. & Joannes Roias singulari, 1. &
 alij quas velut notas, & cuique obuias omittit. ex
 quibus quadam hereticis redeuntibus, quadam ve-
 hementer suspectis competunt.*

Quod incidetis in futurum in hæresim abiu-
 ratam, &c.] *Idem sentiendum est etiam si non re-
 piciat aut relabatur in hæresim abiuratum, sed in
 aliam speciem hæresis. c. accusatus. §. cum vero. de
 heret. lib. 6. quoniam hodie de recepta sancti officij
 consuetudine omnis hæresis abiuratur, vt dixi sup.
 parte 2. super quest. 40. circa finem.*

Secundum est, quod conferat indulgentiam
 quadraginta, vel viginti dierum, &c.] *De his in-
 dulgentijs conferendis omnibus, qui actus fidei in-
 terfuerunt, plenissimè disserit Emericus in hac 3.
 par. q. 127. cum aliquot sequentibus. vbi, & nos et
 multa adiungemus.*

Atendum autem, quod suspecti de hæ-
 resi, &c. non debent perpetuo immurari.] *Opti-
 me iura hoc loco per Emericum adducta probare
 videntur hanc suam sententiam, de quo dicam ple-
 nè infra super decimo modo processum fidei termi-
 nandi extatque singularis de hac re doctrina in Cõ-
 cilio Biterrensi, c. 23. & 24. quam asseram præci-
 to loco. interim videto Zanchinum tract. de hæres.
 c. 10. hoc vero Emerici documentum retulit, & se-
 cutus est Locatus in opere iudiciali verbo, suspicio.
 tra. 3. 1. vers. suspectus de heresi.*

Nec huiusmodi suspecti sunt crucibus consi-
 gnandi, &c.] *Hoc ipsum documentum, quod & ve-
 rum est, & observandum, refert, & sequitur Cam-
 pegius apud Zanchinum c. 20. vers. portet crucem,
 & Repertorium Inquisitorum verbo, crux. §. quali-
 ter redeuntis, & de his crucibus extat insignis locus
 in concilio Tarraconensi relato apud Emericũ sup.
 p. 2. & in Concilio Tholosano c. 9. & in concilio Biter-
 rensi c. 26. de quo disserã plenè commentario sequenti
 vbi est proprius locus. interim videto Zanchinum
 tract. de heret. c. 20. & Repertoriũ Inquisitorũ ver-
 bo, crux, & verbo, penitentia. §. ite si quis publicè.*

*De sexto modo terminandi processum fi-
 dei in casu violenter suspecti.*

Sextus modus processum fidei finiendi, & ter-
 minandi est, quando delatus de hæretica pra-
 uitate processus meritis diligenter discussis, cum
 bono consilio in iure peritorum, reperitur suspe-

Actus de hæresi violenter, & hoc est quando dela-
 tus ipse non reperitur legimè deprehensus cõ-
 fessione propria, nec facti uideãtia, nec testium
 production legitima, sed tantum indicia non leuia
 solum, vel vehementia, sed fortissima, & violenta,
 quæ ipsum delatum reddunt merito suspectũ
 de hæresi violenter, propter quæ talis debet vñ
 spectus violenter de hæresi abiurare: Vtpote,
 propter aliquid, quod dixit, vel egit, vt quia susti-
 nuit excommunicationem per annum, vel plus
 in causa fidei. Qui enim sustinet excommunica-
 tionem per annum, vel plus; licet non in causa
 fidei, est suspectus leuiter de hæresi: quia hoc nõ
 caret scrupulo hæretica prauitatis. de pœnica.

B Grauem. Et si citatus responsurus de fide non
 compareret, sed renuit contumaciter comparere,
 propter quod excommunicatur; tunc fit suspec-
 ctus de hæresi vehementer: nam leuis suspicio
 transit in vehementem. Sed si sustinet illã ex-
 communicationem per annum animo pertinaci-
 tate fit suspectus de hæresi violenter, nam ve-
 hemens suspicio transit in violentam, cõtra quã
 non admittitur defensio; immo ex tunc talis est
 vt hæreticus condemnandus, quæ omnia prædi-
 cta patent per cap. Cum contumacia. & no. ibi-
 dem. de heret. lib. 6.

Circa istum talis practica est seruanda. Iste
 enim licet fortasse in re non sit hæreticus, vt po-
 te, quia non habet errorem in mente, nec de illo
 errore tenendo pertinaciam in voluntate: vt no.
 arg. supra allegato: Nihilominus est vt hæreti-
 cus condemnandus propter prædictam suspicio-
 nem violentam, contra quam non est probatio
 admittenda. Hæreticus autem taliter condem-
 natur, quod si nolit resiliere, & hæresim abiurare,
 & satisfactionem congruam exhibere, traditur
 brachio seculari animaduersione debita punien-
 dus, iuxta c. Ad abolendam. §. presentis. Si autem
 velit, & cõsentiat cum effectu, abiurat hæresim,
 & carceri perpetuo mancipatur, iuxta c. Excom-
 municamus. 2. de heret.

D Pari forma ille, qui sic est suspectus de hæresi
 violenter, & est vt hæreticus iudicandus, si nolit
 resiliere, & ad gremium Ecclesie aduolare, nec
 hæresim abiurare, nec satisfactionem cõgruam
 ad arbitrium Episcopi, & Inquisitoris exhibere,
 traditur brachio seculari ultimo supplicio feri-
 dus. Si autem velit hæc facere, & cõsentiat cõ
 effectu, abiurabit, & sententialiter perpetuo car-
 ceri condemnabitur.

E Modus autem disponendi ad abiurationem ta-
 lis erit.

*Forma disponendi ad hæresim abiuran-
 dam eum, qui est suspectus de
 hæresi violenter.*

NAm, vt dictum est in quarta, & quinto mo-
 dis præcedentibus processum fidei termi-
 nandi; tunc Episcopus, & Inquisitor concordabũt de
 aliqua die Dominica, vel festina, in qua fiat abiu-
 ratio antedicta. Quo facto facien- intimari per
 omnes

174
 Practica cir-
 ca violenter
 suspectos ser-
 uanda.

Violenter su-
 spectus si re-
 nuct abiura-
 re, traditur
 brachio secu-
 lari.

omnes ecclesias illius ciuitatis, vel loci, in quo facta est abiuratio antedicta, suspendendo omnes sermones ciuitatis, vel loci pro die illa ad abiurationem huiusmodi assignata, & monebitur populus in ecclesijs antedictis, quod veniat ad sermonem Episcopi, vel Inquisitoris in causa fidei faciendum, & quod habebunt indulgentiam consuetam.

Prouideat etiam Inquisitor, quod interim faciat fieri unam vestem habentem duas pecias ante, & retro ad modum scapularis religiosorum, sine capucio tamen, in qua sint duae cruces de pano croceo, vno ante, & alia retro, longitudine trium palmorum, & latitudine duorum, facientque parari locum, seu sedem in alto in populi medio, ut stet abiurandus taliter, quod a populo videatur.

Adueniente autem die praefixa, & facto sermone per Episcopum, vel Inquisitorem, legentur culpe publice ipsius abiurandi per notarium, vel religiosum, vel clericum aliquem; propter quas abiurandus est suspectus habitus de haeresi violenter.

Quo facto dicetur sibi sic per Episcopum, vel Inquisitorem: Fili, ex his quae recitata sunt te commisisse, nos te habemus suspectum de haeresi violenter, propter quae de iure tu es ut haereticus condemnandus; Consideres ergo, & attendas quae dicam tibi: si tu vis ab huiusmodi haeresi, vel haeresibus sic resilire, quod velis eas hic nunc publice abiurare, & poenitentiam, quam tibi iniungemus patienter sustinere, Ecclesia, & Nos tanquam Vicarij Christi, recipiemus te ad misericordiam; sed iniungemus tibi poenitentiam, quam bene poteris tolerare, & absoluemus te a sententia excommunicationis, qua teneris inuolutus, & poteris saluus fieri, & habebis gloriam in futurum. Si autem nolueris abiurare, nec poenitentiam sustinere, statim trademus te brachio saeculari, & infirmul perdes animam, & corpus. Quid igitur vis, abiurare, & saluari; vel renuis abiurare, & damnaberis? Si dixerit, nolo abiurare, & in hoc steterit; tunc tradetur curiae saeculari per modum infra expressatum in decimo modo processum fidei terminandi. Si autem dixerit quod vult, ponetur liber Euangeliorum apertus coram eo, & abiurabit omnem haeresim per modum, qui sequitur.

Forma abiurandi omnem haeresim generaliter, ab eo qui est suspectus habitus de haeresi violenter.

176 **E**Go talis, de tali loco, talis diocesis, in iudicio personaliter constitutus coram vobis venerabilibus dominis N. Episcopo talis ciuitatis, & fratre N. Inquisitore haereticarum prauitatis in terris talis domini, a sancta Sede Apostolica specialiter delegato, sacrosanctis Euangelij positus coram me, etque proprijs manibus corporaliter per me tactis, iuro me credere corde, & profiteor ore, illam sanctam fidem catholicam, & Apostolicam quam sacrosancta Romana Ecclesia tenet, profiteor, credit, praedicat, atque docet; & consequenter abiuro, abnego, & reuoco omnem haeresim ex-

Suspectus violenter abiurat generaliter omnem haeresim.

A tollere se aduersus sanctam Romanam, & Apostolicam Ecclesiam, cuiuscumque secta fuerit, vel erroris. Item, iuro me credere corde, & profiteor ore, quod sic, & sic, explicetur articulus catholicus, contrarius illi haeresi, de qua ipse qui abiurat, est suspectus habitus violenter: ut verbi gratia, si est suspectus habitus de uirginitate Beatae Mariae Matris Domini Nostri Iesu Christi, dicit sic.

Item iuro, me credere corde, & profiteor ore, quod gloriosa Beata Maria Mater Domini Nostri Iesu Christi fuit toto tempore vitae suae semper uirgo, ante partum, & in partu, & post partum; & consequenter abnego, reuoco, & abiuro illam nefandissimam haeresim, quae falso, ac mendaciter asseuerat, quod mater Domini Nostri Iesu Christi aliquando non fuit uirgo, sed quod ante partum, in partu, vel post partum fuit corrupta, & amisit uirginitatem, de qua haeresi sum vobis dominis praedictis suspectus habitus violenter: Et si de pluribus haeresibus est suspectus habitus, non tantum de una, abiurabit quemlibet articulum singillatim per modum statim dictionum.

Item iuro, quod nunquam praedicta haeresi, seu haeresibus adhaesi, nec adhaereo de praesenti, nec credidi, nec credo; licet propter culpam meam, & his, quae male egi, vos me habeatis, & merito suspectum de huiusmodi haeresi, seu haeresibus, quod illi, seu illis crediderim corde firmo.

Item, iuro, & promitto, quod praedictam haeresim nunquam dogmatizabo, nec praedicabo, nec docebo: immo si vnquam seuero aliquem, qui illa haeresi sit infectus, teneat seu doceat, vel aliam qualemcumque, quod vobis dominis Episcopo, & Inquisitori, seu alicui vestrum seu vestris Vicarijs, vel alteri eorum vel successoribus vestris, citius quam commodè potero, denuntiabo.

Item iuro, & promitto, quod talia, & talia, exprimitur illa, quae egi seu dixi, propter quae culpa mea habetis me suspectum de dicta haeresi violenter, deinceps nunquam faciam, vel dicam; nec quod fiant, operam dabo.

Item iuro, & promitto, quod omnem poenitentiam, quam mihi iniungere volueritis pro praedictis, pro viribus adimplebo, nec contrarium in aliquo: sic me Deus adiuuet, & ista Euangelia sacrosancta. Quod si contra abiurata vel iurata fecero in futurum, diabolo instigante (quod Deus auertat) penis de iure relapsis debitis, nunc pro tunc me obligo, & adstringo, quatenus illis feratis, cum legitime constiterit me contrafecisse.

E Sit cautus notarius, quod inferibat in actis, quod dicta abiuratio est facta per talem tantum per habitum suspectum de haeresi violenter, & ut probaretur abiurans relapsus iudicaretur, & ut talis traderetur brachio saeculari.

Praedicta abiuratio fiat (ut dictum est alias) in vulgari, ut à vulgaribus capiatur, nisi fieret tantum coram personis ecclesiasticis, & ipse abiurans latinum intelligeret competenter, tunc enim posset fieri in latino. Si autem praedictus abiurans abiuraret in secreto, hoc est, in camera Episcopi, vel Inquisitoris, seu in palatio Episcopi, vel Capitulo canonicorum, vel Fratrum religiosorum, nihilominus

minus per modum prahabitum abiurabit.

177 Facta autem prædicta abiuratione, Inquisitor statim ibi publicè poterit abiuratum informare per hæc verba, vel similia in effectu: Charissime, tu hæreses, de quibus habebaris merito suspectus violenter, vt debuisti, in forma consueta Ecclesiæ abiurasti: & in hoc bene fecisti; cauteas tamen tibi quod non facias contra antedictam a te factam abiurationem, incidendo in aliquam hæresim qualemcunque generaliter, seu alias: nam scias de certo, quod (sicut te obligasti) sine vlla misericordia traderis brachio seculari, vltimo supplicio feriendus: quare consulo quòd sis cautus.

Quibus sic actis, absoluat eum a sententia excommunicationis, de qua est suspectus habitus violenter, quod incidit in hæresibus supradictis vnde sicut hæreticus, cum redit, & abiurat, est a sententia excommunicationis absolendus: quia omnis hæreticus est excommunicatus, iuxta cap. Excommunicamus, 1. & 2. de hæret. & etiã iuxta c. Ad abolendam. in principio: Sic talis, de quo agitur, cum sit vt hæreticus condemnandus, vt dictum est prius, postquam abiuraent, est ab excommunicationis sententia absolendus: absoluetur ergo per hunc modum.

Forma absoluedi ab excommunicatione.

178 **N**A M dicetur Psalmus; Deus misereatur nostri, vel alius; quo dicto addetur, Kyrie elei. Christe elei. Kyrie elei. Pater noster. Et ne nos inducas, &c. Saluum fac seruum tuum, &c. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

PRÆTENDE Domine famulo tuo dexteram caelestis auxiliij, vt te toto corde perquirat, & qua digne postulat, assequatur.

Oremus.

PRÆSTA quaesumus Domine huic famulo tuo dignum penitentia fructum, vt Ecclesiæ tuæ sanctæ, a cuius integritate fidei denauerat, delinquendo, dono tua gratia reformetur. Per Christum dominum nostrum. Amen. Et post addat sic: Ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, absoluo te a sententia excommunicationis maioris, qua fueras innodatus, pro eo quia talia contra fidem commisisti, propter quæ habitus fuisti suspectus de hæresi violenter, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen.

Et si fuerat citatus responsurus de fide, & quia venerat contumaciter comparere, fuerat excommunicationis vinculo innodatus, in qua steterat per annum animo pertinaci, & propter hoc vt suspectus de hæresi violenter, & vt hæreticus condemnandus ab ista excommunicatione absoluetur in speciali, qua fuit sententia hominis, & non iuris, dicendo sic: Ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, absoluo te a vinculo excommunicationis maioris, qua per me fueras innodatus, pro eo quia citatus legitime responsurus de fide, reuenter contumaciter comparere: & restituo te sacra

A mentis Ecclesiæ. In nomine Patris, &c.

Qua absolutione facta seretur sententia seu penitentia per modum tenoris sequentis.

Forma ferendi sententiam, siue iniungendi penitentiam ei, qui fuit habitus suspectus de hæresi violenter.

NOs N. Episcopus talis ciuitatis, & Frater N. Inquisitor hæreticæ prauitatis, in terris talis domini, a sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

ATTENDENTES, quod tu talis de tali loco, talis diocesis, fuisti nobis delatus de talibus, & talibus, fidem sanctam tangentibus, exprimitur illa, & quod nos processimus ad informandum nos super illis, vt iustitia suadebat, & meritis processus diligenter examinatis, & omnibus actis, & actibus in causa præsentis, inuenimus te talia, & talia commisisse, exprimitur illa: Ea propter, & nõ immerito de tali hæresi, exprimitur illa, te suspectum violenter habentes, fecimus te vt taliter suspectum omnem hæresim generaliter, publice abiurare, prout nobis mandant canonicæ

functiones. † Sane cum secundum eadem canonica instituta omnis talis sit vt hæreticus condemnandus, & tu saniori consilio in hærendo, & ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ redeundo, abiuraueris, vt præmittitur omnem hæreticam prauitatem: propter quod absoluius te a sententia excommunicationis, qua vt obnoxius Dei Ecclesiæ astrictus merito tenebaris, si tamen de corde vero, & fide non ficta reuerfus es ad Ecclesiæ unitatem; idcirco deinceps inter penitentes computaberis, ad misericordiæ sinum te sacrosancta Ecclesia recipiente de præsentis. Verum quia indignum valde existit offensas diuinas † conuenientibus oculis impunitas pertransire, & iniurias hominum castigare: cum grauius sit diuinam quam humanam lædere maiestatem: & ne finita crimina incenituum existant alijs delinquendi, & vt tu efficiaris cautior in futurum, ac minus proliuis reddaris in posterum ad prædicta seu similia committenda, & vt in futuro sæculo leuius patiaris: Nos Episcopus, & Inquisitor præfati præhabito in & super his sano ac maturo consilio peritorum; sedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, habentes præ oculis solum Deum, & sanctæ fidei irrefragabilem veritatem, sacrosanctis Euangelij positus coram nobis; vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatem, te talem in nostra præsentia personaliter constitutum, hac die & hora tibi in antea assignatis, sententialiter per modum, qui sequitur condemnamus, seu potius penitentiamus.

D **E** **V**estis penitentialis. In primis quod statim induaris super omnes vestes, quas defers, veste liuida, ad modum scapularis monachi sine capucio facta, ante & retro habente cruce de panno croceo lōitudinis trium palmorum, & lautudinis duorum: quam vestē deferre habeas super omnes vestes alias p

† c. Excommunicamus, 1. §. qui autē. & c. Cū contumacia de hære. li. 6.

† c. Vergentis, de hæ. ct.

Vestis penitentialis.

¶ Al. exegerit tantum tempus, exprimat^r vnus anni vel duoru^m A vel plus vel minus prout culpa exiger^t deliquēis, & nihilominus, s^{ed} quod cum dicta veste, & crucibus stes in porta talis Ecclesia, tali & tanto tēpore, scilicet in quatuor festis principalibus gloriosae Virginis Mariae talis Ecclesia, vel talibus, & talibus festiuitatibus, in valuis talis, & talis Ecclesiarum: teque ad talem carcerem ad perpetuū, vel ad tale tempus sententialiter condemnamus. Pōnantur illa quae videbuntur magis ad honorem fidei expedire, attenta culpa maiori vel minori, seu contu-

¶ c. Vt cōmissi macia delinquentis, & sequatur: Retinentes^t noⁿ h. s. illorum. de hære. li. 6. his ex certa scientia & expressē, vt nobis concedunt canonica instituta: quatenus dictam pōnitentiā possimus miūgare, aggrauare, mutare, tollere in toto, & in parte, toties quoties nobis visum fuerit faciendum. Lata est hæc sententia, &c.

¶ Al. lecta. 180 Qua lata^t mox executioni debita^r demandetur, & induatur veste prædicta crucis huiusmodi continente.

Monicio Inquisitorum. Quo factō poterit Inquisitor taliter monere sententiatum, & pōnitentiāt, & inducere ad pōnitentiā ne desperet; dicendo ei publice, quod si patienter sustinet, & apparent signa in eo pōnitentis hominis, quod Episcopus, & ipse sunt prompti dictam pōnitentiā mitigare, & facient cum effectu: indicendo etiam sibi, quod dictam pōnitentiā interim teneat, & obseruet, alias vt impēnitens puniretur.

Indulgentia. Concedat etiam indulgentiā quadraginta seu viginti dierum omnibus qui sermoni, & talibus actibus fidei interfuerunt. Indicat etiam publice, quod omnes, qui præstiterunt consiliū, auxiliū, vel fauorem, vel deferētes, testificantes, cōsiliantes, abiurationem vel sententiā perlegentes in causa præfenti, habuerunt tres annos de indulgentia ex parte domini nostri Papæ.

Moncat etiam populum, quod quicumque scit aliquem hæreticum, suspectum, vel diffamatum, & specialiter de tali, & tali hæresi, quæ magis pro tempore illo viger, debeat Inquisitori seu Episcopo intimare, & si fecerit, concedat ei de indulgentia tres annos iuxta priuilegium, Præ cunctis ex parte domini nostri Papæ.

¶ Al. q. si fecerit, consequetur indulgentiam triu^m annorum.

COMMENT. XLIII.

Num. 173. Reseruit etiam hunc modum Tabiensis in summa verbo, Inquisitor. §. 17. Sprengerius in malleo maleficarum, 3. par. q. 2. §. 5. & Locatus in opere iudiciali in fine in formula sententiæ contra violentem suspectum de hæresi. Zanchinus tract. de hæresi. c. 41. Repetitorium Inquisitorum verbo, sententia. §. de formis sententiarum, & alij.

Cur ponatur gradus violentæ suspitionis. In hoc vero sexto modo, si quis querat cur Eymericus ponat violentæ suspitionis gradum; respondebo, huic quæstioni ipsummet auctorem sat isfacere. nu. 174. vers. circa istum. quoniam tamen si inuisione, qui ea facta committit, quæ hic refert Eymericus, & illa, quæ enumerauimus supra in hac 3. parte super titu. de signis exterioribus, quibus diuersarum sectarum hæretici cognosci possunt, nime. 109. hæreticus existimetur; at re vera fieri potest; vt

nullum in mente habuerit errorem, & propterea si reuertitur voluerit, (dummodo non sit relapsus) recipitur ab Ecclesia.

Quoniam vero is ipse, qui ita reuertitur, si tione inuis hereticus reputatur, hinc fit, vt Eymericus ne sit talem indui habitu pōnitentiā, qui in pōnitentiā solet iniungi hereticis redeuntibus: nā per omnia ex equat violentem suspectum cum hæretico, ob violentam illam suspitionem, quæ cum a iure sit approbata, non recipit directam probationem in contrarium.

¶ Jam quæcumque in hoc modo repetit de violentæ suspitione dum ait eam non recipere probationem in contrarium, aut similia, accipienda sunt & intelligenda, iuxta ea quæ adnotauimus supra par. 2. super q. 55. & 56. quæ nunc consilio omittimus ne eadem sepius inutiliter repetamus.

a Prouideat etiam Inquisitor, quod interim faciat fieri vnā vestem, &c. in qua sunt duæ crucēs. &c. Hæc vestis pōnitentiā, qua, qui reuertuntur ab hæresi, induuntur, antiquissimam originem habere videtur; neque valde obscurum eius cernitur in sacris litteris fundamentum: nam qui pro impietatibus olim penas luebant, ad implorandam diuinā misericordiam, & reddendum beneuolū Deū, quæ offenderant, præter ceteras pōnitentiā, sacco quandoque induebantur: nam vt alia omittam. lib. 3. Regum ca. 2. 1. legimus Achab postquam per nefas vineam Naboth possedisset, commissi sceleris pōnitentiā accutus, vestimenta scindens saccum posuit super carnem suam. Achab. de pen. dist. 3. facit text. in c. in capite Quadragesime. 50. dist. nam huiusmodi vestimentum valde accommodatum esse ad pōnitentiā agendam, ostendam paulo post super octauo modo processum terminandi.

In crimine vero hæresis vsurpatum esse, ac vestitum huic pōnitentiā habitum etiam protinus ab initio delegatæ inquisitionis contra hereticos, testatur primum Concilium Tarraconense relatum ab Eymericio supra par. 2. vbi tit. de formis pōnitentiæ. §. credentes. vbi. & portent duas crucēs. de hoc pōnitentiæ genere manifestè meminit, & beatus ipse Dominicus, quibusdam litteris, quas affert Camillus Campius apud Zanchinum c. 20.

Sed Concilium Tholosanū anno Dni MCCXXIX. aduersus hereticos celebratum, de his crucibus in veste pōnitentiā gestandis ita cauit: In detestationem quoque veteris erroris, duas crucēs portent de cetero altius præminentes, alterius coloris quàm sint vestes eorum, vnā a dextris, & altera a sinistris: nec propter crucēs excusetur aliquis, nisi habeat litteras sui Episcopi testimoniales de reconciliatione ipsius. hætenus ibi.

E Sed quoniam dubitabatur, qua ratione eiusmodi crucēs, & cuius coloris essent consiciendæ, & generandæ, paucis post annis Concilium Biterrense, cap. 26. (a quo hæc mihi videtur accepisse Eymericus) huiusmodi omnia huic spectantia præscripsit in hæc verba: In detestationem etiam erroris veteris portent in superiori veste duas crucēs coloris croci longitudinis duorum palmorum, & dimidij, latitudinisque triuorū, & in se trium digitorum habentes latitudinem: vnā anterius in pectore, & vnā

altam postertius inter spatulas. vestes in quibus cruces portauerint coloris crocei non habentes, superiori veste intellecta, supra quam in domo, vel extra alia non portetur.

Et si fuerint Vestiti hæretici, vel Dånati, portent crucem tertiam competentis quantitatis, seu coloris eiusdem in capucio, vel in velo.

Et si forte deierauerint, aut induxerint alios ad deierandum, portent in superiore parte duarum crucum (quas portare habent in pectore, & inter spatulas) brachium transfuersale palmi vnus, vel circa.

Qui autem transfretare debebunt, portet cruces prædictas donec applicuerint vltra mare, & eas vterius non teneantur portare donec in litore transfarinato nauem ad redeundum intrantes, eadem circa mare, & in mari, & in insulis eas perpetuo portent. hæcenus ibi. Illustrissimus est planè locus, multumque in hac causa considerandus ex quo hæc EymERICI doctrina lucem capiet, & auctoritatem, ne temere auctor hæc sibi confinxisse videatur.

Illud est tamen obseruatione dignissimum, quod de his crucibus in his locis traditur: nam Concilium Tarraconense præcitato loco has cruces paulo aliter portandas iubet, dicens: Portent duas cruces perpetuo ante pectus. Concilium quoque Tholosanum idem videtur præscribere, dum ait has cruces gestas esse, vnã a dextris, & alteram a sinistris. EymERICUS vero & Concilium Biterrense vnã ante pectus, & alteram inter spatulas retro deferri iubent.

Sed hoc postea fuit introductum ea ratione (ve credo) vt penitentes patientius, & manifestius omnium oculis obicerentur, siue aduersi, siue auersi essent.

Erant autem due illæ cruces, quæ iure veteri ante pectus deferri inebantur ita disposita in pectore vt vnæque sua papilla responderet, vt constat ex præcitatis beati Dominici litteris, in quibus ita scriptum extat. Religiosis vestibus induatur, tum in forma, tum etiam in colore, in quibus in directo vtriusque papillæ singulæ cruces paruulæ sint affixæ. hæc ibi.

Hærum quoque crucum sine huius habitus penitentialis frequens mentio fit in instructionibus inquisitionis Hispaniæ, veluti in instructione Abulensis anno Domini MCCCCXCVIII. c. 6. & in instructione Madriliana anno Domini MDLXI. c. 41. & c. 81.

Earundem crucum meminere etiam qui aduersus hæreticos latas pœnas tradunt. Zanchinus tract. de heret. c. 20. num. 3. & ibi Campegius, & Repertorium Inquisitorum verbo crux. §. qualiter redeutes. & verbo penitentia. §. item si quis publicè. & verbo, signum. §. nota, quod bonum esset. & Simancas, de catho. inst. tit. 47. nume. 9. 12. & seq. & Ioannes Roias in singularibus fidei, singula. 1. nume. 23. & seq. & alij.

Hoc palliametum Itali habitello vocant, Hispanorum autem quidam Samarreta, alij Santbenito appellant, quasi sacrum benedictum, propterea quod sit aptus ad agendam penitentiam, per quam benedicimur, & saluamur.

A Hæ cruces ad tempus perpetuum quandoque, quandoque vero ad præfinitum imponi solent, vt indicat EymERICUS paulo post in hoc eodem modo, nu. 179. super quarum depositione interdum etiam dispensatur, vt dicam in octauo modo processum fidei terminandi, quæ omnino videas.

B Adueniente autem die præfixa, &c. legentur culpe publice ipsius abiurandi. *¶* Audini quædoque eos, qui dicerent, non expedire, vt in conspectu popularis multitudinis reorum delicta nominatim legantur, quia multi inde arripunt occasionem peccandi similia. sed horum inique sunt voces, nec villo pacto ferendæ: actus quidem huiusmodi bonus est, qui non propterea fit malus, quod in malum finem scelerati eum conuertant.

¶ Ac salubriter has populorum fieri cõgregationes ad audiendas sententias hæreticorum, & eorum delicta, pulchrè docet Ioannes And. in ca. vt comm. ff. de heret. lib. 6. non procul ab initio in hæc verba: Iste conuocationes fieri solent ad audiendas sententias, & pœnas, quas Inquisitores infligunt, ad videndos aliquos cruciari, & expedit fidei talia publice fieri ad instructionem, ac etiam ad terrorem. hæc ille.

¶ Hoc ipsum etiam fieri suadet iam olim Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores. q. 15. c. 20. in hæc verba: Sed illud adicio, quod omnes errores suos singillatim profiteri, & abiurare publice faciatis: quia nihil magis in confusionem hæreticæ prauitatis redundat, & gloriam nominis Christiani, hæc ille.

C Quo factò dicitur sibi sic per Episcopum, vel inquisitorem, &c. *¶* Iam monui supra super 5. modo processum terminandi. §. post dicitur sibi, non esse necessarium hoc EymERICI documentum: sed cũ ita fieri decreuerit Inquisitor, aliter poterit re honorificentius expedire, vt ibi dixi. nunc addo propterea hoc non fore necessarium: quoniam priusquam ad tabulatũ producatur reus, iam sunt omnia diligentissimè adhibita remedia ad ipsum conuertendum, qui si verè conuersus fuerit, absque ista præmonitione abiurabit, & hac consuetudine nunc vrimur.

¶ Sin autem impenitens extiterit, aut negatiuus, non modo antequam producatur, verum etiam et in ipso tabulato induendus est, ac sæpissimè & instantissimè commonendus, vt errores deponat & abiuret, idque fieri poterit hoc ordine: penitentium, & conuersorum sententiæ prius pronuntiantur, si tales affuerint, & vltimo loco impenitentium, & negatiuorum, si qui fuerint: sed priusquam proferatur, coram omni populo admonentur huiusmodi hæretici, vt resipiscant, & tandem conuertantur, quoniã adhuc durat tempus misericordie, quod si conuerti se velle dixerint, ad carcerem suam reducendos, & ad penitentiam admitteudos: quod si in sua pertinacia, & impenitentia perseverauerint, legenda est sententia, & tradendi sunt curie seculari, ut igni in conspectu populi combusti, debitas impenitentis pœnas luant.

¶ Simancas de catho. inst. tit. 60. num. 11. addens cũ Lutheranis omnium pessimis hæreticis aliter esse faciendum.

His adiungo, plurimum esse considerandum qualiter recipi debeant hi qui in tabulato, aut in Eccle-

Num. 175. Expedi in hoc crimine publice legi delinquentium culpas.

Num. 175. Nõ est necessarium publice monere reũ, an velit abiurare.

Impenitentes sæpe etiã publice monendi vt conuertantur.

Impenitentes videndum, qualiter recipi

piantur, qui
conuertitur
postquam in
publicū sunt
producti.

Et postquam in publicam fidei actionē sunt produ-
cti conuertuntur, qui potius metu instantis mortis,
quam amore vere penitentię conuerti videntur;
quam ob rem cum negativis hoc raro fieri debere, et
non nisi cū exquisitissimis considerationibus admo-
nuit optimē instructio Madriliāna anno MDLXI.
c. 44. de quo dixi alibi plenius.

Nollem certē vnquam ab hoc sacro tribunalī mi-
sericordiam excludere; verumtamen vbi malitiam
perfidorum huiusmodi contemplan, auderem dicere
iustissimē fieri si locus misericordię solū pateret reis
donec ē in carceribus Inquisitorum educerentur, & po-
stea nullo modo audirentur, presertim cum tantum,
& tandiu laboratum sit in eorum conuersione: quia
tamen nondum damnationis sententiā est promul-
gata, ideo in hoc crimine vsque in id tempus locus
est penitentię, & propterea sententiā prior tutior
est, sed hoc altera fortassis iustior, spectata perfido-
rum iniquitate, & sera penitentiā.

Num. 176.

Qui abiurat,
an obligare
se debeat ad
hæreticos de-
nunciandos.

d Immo si vnquam sciuero aliquē, qui illa hæ-
resi sit infectus, &c. vobis Episcopo, & Inquisito-
ri, &c. denuntiabo.] Hęc clausula omīssa est in su-
perioribus abiurationum formulis, quam fortassis
expediret in omni abiuratione adiungere, vt scilicet,
is qui abiurat, obliget se ad denunciandos quoscuq;
sciuerit hæreticos, aut de hæresi suspectos, vel infa-
mātos, de qua obligatione alibi copiosē diximus.

Num. 179.

e Ad misericordię sinum te sacrosancta Ecce-
lesia recipiens de presenti.] Ita Barcionensis im-
pressus. Bononiensis, & codex Cardinalis de Camba-
ra ita: Ad misericordię sinum sacrosancta Ecce-
lesia te recipiens de presenti. Sabellanus ita:
Ad misericordię sinum sacrosanctę Ecclesię, &
recipimus te de presenti.

Num. 179.

f Et na multa crimina in centiū existant alijs
delinquendi.] Ita Barciouensis impressus. Bononiē-
sis, & codex Cardinalis de Cambara ita: Et ne im-
punita, &c. sed Sabellanus ita: Et ne impunita cri-
minum alijs in centiū præbeat delinquendi.

Num. 179.

g Et nihilominus quod cū dicta veste, & cruci
bus stes in porta talis Ecclesię, &c.] Desumptum
videtur ex Concilio Bituricensi, sc. 26. vbi grauiores
penitentię imponuntur, nam cum præmississet, peni-
tentes singulis dieb. Dominicis, & festiuis interesse
debere diuinis officijs, subdit: Et in Missa cuiuslibet
diei Dominicę, ac festiue, inter 4 pistolę, & Euā-
gelij, veste superiori, & velo, siue capucio deposi-
tis (nisi & in velo, seu capucio portentur cruce,) sa-
cerdoti missam præsentē populo celebranti, cum
virginis in manu publice se præsentent: ibique da-
ta illis disciplina exponat sacerdos, quod propter
culpam labis hæreticę penitentiam illam agunt.
hactenus ibi. Vt vel ex his intelligas antiquam in
coercendo crimine hæresis seueritatem.

Hic vero penitentię ritus, quem hoc loco præscri-
bit Eymericus, antiquissimus videri potest. nā Ioan-
nes Climacus gradu quarto, de obediētijs differēs de
penitentiā iniuncta monachis colloquentibus dū ca-
ter; orarent, quia contra deuotionis regulas eo loco,
& tempore deliquerant, ita scribit: Ad orationē ple-
rumque stantibus nobis, animaduertit pater san-
ctus (id est, qui ceteris præerat) quosdam iniuicem
colloquentes, quos ante fores Ecclesię stantens,

Insignis Ioan-
nis Scholasti-
ci locus.

A iussit vt per septem dies cunctis intrantibus, &
exentibus prostererentur, siue clerici, siue pre-
byteri fuissent, hæc ille.

h Retinentes nobis ex certa scientia, &c. qua-
tenus dictam possimus mitigare, aggravare, &c.]
Hęc clausula magnum tribuit Inquisitoribus priui-
legium, & valde utilis est, & vsu frequens in hoc
tribunalī, de qua dicam infra super octauo modo pro-
cessum fidei terminandi, & super q. 86. & alijs.

De septimo modo terminandi processum fidei per canonicam purgationem, & abiurationem.



Optimus modus processum fidei ter-
minandi, & terminandi est, quando de
latu de hæretica prauitate, proces-
sus meritis diligenter discussis, cum
bono consilio peritorum in iure, re-
peritur suspectus de hæresi, & etiam diffamatus,
& hoc est quando delatus ipse non reperitur legi-
time deprehensus, nec propria cōfessione, nec
facti euidentiā, nec testium legitima productione,
sed reperitur publice diffamatus, ac etiam re-
peruntur indicia contra eum, quæ ipsum reddunt
suspectum alijs de hæretica prauitate: vt pote,
quia habuit magnam familiaritatem cum hereti-
cis, qualis fuit ille, de quo agitur in c. Inter solli-
citudines. de purg. cano. Et tali ratione infamie
est indicenda canonica purgatio, & ratione suspi-
cionis debet hæresim abiurare, iuxta alleg. capit.
Inter sollicitudines.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis
enim sic publice de hæresi diffamatus, & vltra in
famiam ex alijs indicijs suspectus habitus de he-
retica prauitate, in primis purgabit se publice per
hunc modum.

Forma disponendi ad purgationem ca-
nonicam, & abiurationem faciendam ab
eo, qui est diffamatus, & alias suspectus
de hæretica prauitate.

NAM in dicto sermone generali per aliquos
dies ante, in omnibus Ecclesijs illius civita-
tis, seu loci, in quo purgatio, & abiuratio sunt hęc
dæ: & suspensis sermonibus omnibus pro illa die
assignanda, & adueniente die ad huiusmodi assi-
gnata, & ipso purgando, & abiurando in medio
populi in alta sede, & eleuata constituto, & facto
sermone de fide per Episcopum, vel Inquisito-
rem, vt dictum est supra in alijs modis proces-
sum fidei terminandi. His, inquam, præhabitis;
legentur culpę ipsius purgandi, & abiurandi per
notarium seu religiosum vel clericum: quibus le-
ctis, purgabit se diffamatus per hunc modum, qui
sequitur.

Forma purgationis canonica a diffamato de heresi facienda.

182 **C**omparebit namque personaliter ipse purgandus cum suis com purgatoribus, eidem in certo numero generaliter concessis talibus, qui cum, & eius vitam & mores nouerint moderno tempore, & antiquo, & sint suæ conditionis seu ordinis, vt dictum est in secundo modo prædicto processum fidei terminandi, ubi agitur de purga. cano. huiusmodi: & stabūt coram Episcopo, & Inquisitore; in loco tamen ubi purgandus ipse noscitur de illa heresi infamatus, & ponetur liber Evangeliorum coram eis, ipseque diffamatus ponet manus super eū sic dicens: Ego iuro super ista quatuor Dei Evangelia sacrosancta, quod talem heresim, *exprimēdo eam*, de qua sum diffamatus, nūquam tenui, nec credidi, nec docui, nec teneo, nec credo, *negabit scilicet cum iuramento illud, de quo est diffamatus, quidquid illud sit: Quo facto omnes cōpurgatores ponent manum super illum librum Evangeliorum, & quilibet dicet ita: Et ego iuro super ista quatuor Dei Evangelia, quod credo, ipsum verum iurasse: & tunc canonicè est purgatus. Qua purgatione expleta per ipsum diffamatum, mox idem diffamatus vt suspectus aliter, & ex aliis indicijs, heresim, de qua est suspectus habitus, habens prædictum libellum Evangeliorum coram se, abiurabit per hunc modum.*

Forma heresim abiurandi per illum, qui est de heresi diffamatus, & suspectus alias de eadem.

183 **E**go talis, de tali loco, talis diœcesis coram vobis Venerabilibus dominis meis N. Episcopo talis ciuitatis, & Fratre N. Inquisitore hereticæ prauitatis in terris talis domini, a sancta sede Apostolica specialiter delegato, in iudicio personaliter constitutus, sacrosanctis Evangelijs positus coram me, eiusque proprijs manibus corporaliter per me tactis, iuro me credere corde, & profiteor ore, illam sanctam fidem catholicam, quā Romana Ecclesia credit, profitemur, prædicat & obseruat: & consequenter abiuro, detestor, abnego, & reuoco omnem heresim extollentem se aduersus sanctam & Apostolicam Ecclesiam cuiuscunque sectæ fuerit seu erroris.

Item iuro me credere corde, & profiteor ore, quod sic & sic: *exprimatur articulus catholicus contrarius illi heresi de qua est diffamatus, & alias suspectus, vt si est suspectus habitus, & diffamatus, non credat Deum esse visibilibus creatorem, ut faciunt Manichei, dicet sic:*

Itē iuro me credere corde, & profiteor ore, quod Deus est verus creator omnium, tam visibilibus quā inuisibilibus. Et consequenter abiuro, detestor, abnego, & reuoco illam heresim, quæ falso & mendaciter asserit, & affirmat, quod Deus non est generalis omnium creator, sed tā-

A tummodo inuisibilibus. *Et si de pluribus articulis hereticalibus est suspectus habitus, abiurabit quemlibet singillatim per modum prædictum.*

Item iuro, quod nunquam prædictæ heresi seu heresibus, si plures sint, adheresi, nec credidi, nec adhareo, nec credo de præsentī, licet propter culpam meam ex his, quæ malè egi, sum diffamatus, propter quod habui me purgare, & alias sum suspectus merito coram vobis, quod illis heresibus crediderim corde firmo.

B Item iuro, quod prædictā heresim seu hereses nunquam dogmatizabo, nec prædicabo, nec docebo, nec aliquē instruam in illis, seu de illis: immo iuro & promitto, si vnquam seu iero aliquem, quod aliquam heresim de prædictis, vel aliquā aliam teneat, credat, seu doceat, quod illi dñis meis Episcopo, & Inquisitori, seu alteri vestrum seu vestrorum Vicariorum, seu successorib. uestris protinus quo citius potero, intimabo.

Item iuro et promitto, quod talia, et talia, quæ egi, propter quæ et merito sum de tali heresi diffamatus, et ultra, vos me habetis suspectum, *exprimatur illa, nūquam deinceps faciam, seu dicam, nec operam dabo, quod fiant.*

C Item iuro & promitto, quod omnem penitentiam, quam mihi iniungere decreueritis, pro prædictis, pro vitibus adimplebo, nec contraueniam in aliquo: Sic me Deus adiuuet, & ista Evangelia sacrosancta. Quod si cōtra prædicta iurata, & abiurata fecero in futurum (quod Deus auertat) penis talibus de iure debitīs, me nunc pro tunc libere suppono, obligo, et adstringo, quatenus illis plectar cum probatum legitime extiterit me talia commisse.

Aduertendum hic tñ, quod si indicia sint talia et tā fortia, quod cū infamia prædicta uel absq; ea reddant prædictum diffamatum suspectū de heresi vehementer, tunc abiurabit omnem heresim generaliter: vt habitum est; et si relabatur in quameunque heresim, pœna relapsi debita, punietur, vt in cap. Iner sollicitudines, de purg. cano. & in c. Accusatus, de heret. li. 6. Si autem indicia illa sint ita modica & leuia, quæ etiam cū prædicta infamia non reddant eum suspectū de heresi vehementer, sed solum leuiter, tūc sufficiet, quod abiuret non generaliter, nec simpliciter, sed singulariter heresim, de qua habitus est suspectus ita quod si prolabatur in aliam speciē heresis, pœna relapsi debita non punietur ratione abiurationis: quia scilicet vt suspectus leuiter abiurauit: licet punietur durius, quā si aliās non abiurasset. Et omnia hæc patent in c. Accusatus, in princ. de heret. li. 6.

E Ratione autem purgationis canonice est dubium; an si post purgationem canonicam in eandem speciē heresis, de qua se purgauit canonicè, prolabatur, pœna relapsi debita, hoc est, ultimo supplicio feriat; Et videtur quod sic, per cap. exco. a. i. i. §. ad ieiunium, ver. vel si post purgationem, & per cap. Ad abolendam, §. illos quoque, de heret.

Sic cautus notarius, quod scribat in actis, an talis abiurauerit tāquam suspectus de heresi leuiter,

184
suspectus vehementer omnem heresim debet generaliter abiurare. Leuiter suspectus non abiuratur generaliter.

vel vehementer, quia multum interest, ut alias A
supra dictum est.

185 Prædictæ autem purgatio, & abiuratio fiant
in vulgari, si fiant publicè, & coram vulgaribus;
si autem tantummodo coram viris litteratis, & a
litteratis, poterunt fieri in Latino. Et si fiant pu-
blicè (vt videtur secundum ratione in familia, & quia
est publicè diffamatus) fiant cum solemnitate in
Ecclesia, de qua dictum est frequenter, scilicet,
in die festiua; & factò sermone per Inquisitorè
prius in dicto in Ecclesijs parochialibus, & reli-
giosorum: & sermonibus alijs suspensis pro illa
die; & posito abiurando in populi medio, vt ab
omnibus videatur; & lectis primitus ibidem pu-
blice eius culpis per notarium, seu aliquem reli-
giosum, seu clericum sacularem.

Factisque antedictis purgatione, & abiuratio
ne, Inquisitor (vt alias dictum est pluries) indicet
sibi publice periculum, quod sibi imminet, si in
hæresim prolatur; de cuius periculo dictum est
statim: quibus sic actis, feretur sententia seu pen-
nitentia per formam tenoris sequentis.

*Forma ferendi sententiam vel inun-
gendi pœnitentiam diffamato de hæresi,
& suspecto alias de eadem.*

186 **N**os N. Episcopus talis ciuitatis, & frater N.
Ordinis Prædicatorum Inquisitor hereticæ
prauitatis, in terris tali ditioni, talis domini subie-
ctis, a sancta sede Apostolica specialiter delega-
tus: Diligentius attendentes, quod tu de tali lo-
co, & talis diocesis, fuisti delatus nobis de tali he-
retica prauitate, exprimaturs illa, Nos volentes, vt
tenebamur, iudicialiter informari, an tu incidis-
ses in prædictam hæresim condemnatam, ad in-
quirendum, testes examinandum, teque citandū
& interrogandum medio iuramento, & ad alia
facienda, que fienda erant per nos, descendimus,
& processimus, vt decebat. Quibus peractis, vi-
sis & diligenter inspectis pariter & discussis, pro-
cessus meritis huius causæ, & omnibus, & singu-
lis productis, actis, & actitatis aqua laxe libratis,
habitoque in & super illis, theologorum, ac in iure
peritorum pluries in auro consilio, ac digesto, re-
perimus te de prædicta hæresi in tali loco, seu ta-
libus locis apud bonos, et graues publicè diffama-
tum: propter quod, vt nobis mandant canonica
instituta, & in diximus tibi purgatione canonica,
qua coram nobis hic publicè te purgasti, & ipsi cō-
purgatores pariter te purgarunt. Inuenimus etiā
te talia comisitisse, exprimaturs illa, propter quæ,
& non immerito, te suspectum habuimus vehe-
menter, seu leuiter: dicatur si est illud vel illud, &
hoc de heretica prauitate: propter quod fecimus
te vt taliter suspectū hereticum abiurare, dicatur,
nem hereticum, si abiurauit vt suspectus vehemen-
ter; vel hereticum supradicta, si vt suspectus leuiter:
Verū quia non possumus, nec debemus, talia
qua peregisti, vltatenus tolerare, sed cogimur ea
vitare: iustitia suadente, ad hoc vt reddaris cau-
nor in futurum, & vt crimina nō remaneant im-

† c. Inter foli-
citudines. e
purga. cano.

† Al. vindica-
re

punita, & vt ceteri non reddantur procliuiores
ad similia committenda, & vt Creatoris iniuriæ
nō aquanimitè tolerantur: Ea propter te talem
prædictum purgatum, & abiuratum, hic in nostra
præsentia personaliter constitutum, in hoc loco,
& hora tibi in antea assignatis; Nos Episcopus,
& Inquisitor præfati sedentes pro tribunali mo-
re iudicū iudicantiū, sacrosanctis Euangelijs po-
sitis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium no-
strū prodeat, & oculi nostri videant æquitatem;
sententiamus, seu pœnitentiamus per modum,
qui sequitur, scilicet, quod tenearis, &c.

Ponantur illa que videbuntur magis ad bono-
rem fidei esse, & ad exterminationem hereticæ pra-
uitatis, vt pote, quod certis diebus Dominicis, & fe-
stis, habeat stare ad portam talis, vel talis Eccle-
sia cum cereo tanti ponderis in manus dum Missarū
solemnia celebrantur, capite discooperto, & pedibus
nudatis, & offerte ad altare cereum antedictum, &
habeat sextis ferijs ieiunare, & quod certo tempore
locum illum non audeat exire, sed certis diebus heb-
domada se habeat Episcopo, vel Inquisitori præsen-
tare, & similia, que in iurgenda videbuntur secun-
dum culparum exigentiam, & varietatem: quia nō
potest dari vna regula generalis. Lata fuit hæc sen-
tentia, seu pœnitentia, &c.

Qua lata, exequiatur: poteritque; dispensari; vel
mitigari, vel commutari, secundum quod nego-
tium, & pœnitentis correctio, & humilitas hoc re-
quirunt: quia potestatem habent Episcopus, &
Inquisitor, etiam si non retineat, & hoc de iure,
vt in c. Vt commissi. de hæret. lib. 6.

COMMENT. XLIII.

In amonui supra super 2. modo processum termi-
nandi, hunc modum septimum eo nomine a secu-
do differre, quia ibi de solo diffamato, hic vero de
diffamato simul & suspecto agitur.

Ac de hoc modo agit etiam breuiter Tabienus
in summa verbo, Inquisitor. §. 18. & Iacobus Spre-
nger in malleo maleficarum, 3. par. q. 26. Syluester
de Strigibus, lib. 3. c. 4. puncto 9. & alij.

Quæcumque autem necessaria sunt ad intelligen-
dum hunc modum, plenissime dicta sunt a nobis su-
pra super dicto 2. modo processum fidei terminandi.

Hoc solum præterea admonebo lectorem, ne for-
tassis dum hæc legit apud Emericum, quid iniqua
durius in reos huius criminis fiat, animaduertē-
dum esse id, quod docuimus supra par. 2. super cap.
inter sollicitudines. §. ita tamen. & sequentibus, nec
facile, & frequenter purgationem indicat, cum sit
remedium valde dubium, et periculosum, sed ad alia
iuris remedia confugiat.

Ita quod si prolatur in aliam speciem he-
reticæ, pœna relapsis debita non punietur ratione
abiurationis, &c. Videtur Hic Emericus senti-
re, quod si is qui abiurauit de leui, postea manife-
stè incidat in eam hæresim, quā prius vt leuiter sus-
pectus abiurauit, debeat censeri relapsus, que senten-
tia videtur fuisse Ancharani in cap. accusatus. no-
tabili 6. de hæret. lib. 6. quod tamē est falsum, vt do-
cui supra par. 2. super quæst. 58. §. vel post consili-
vii

Abi ostendi qd certissime Emericum vere tenere co-
nariam opinionem. quare hic locus ita est accipien-
dus: Qui leuiter abiurauit, si relabatur in aliam ha-
resim ab ea, quam abiurauit, non erit relapsus; quia
non abiurauit omnem heresim: adde, neq; erit relap-
sus ad hoc vt relapsorum poena puniatur; etiã si in
eadem heresim, quam leuiter abiurauit, incidisse de-
prehendatur. Dixi; ad hoc vt relapsorum poena
puniatur: quoniam si vocis proprietate spectemus,
re vera erit dicendus relapsus, cum in priorem lap-
sum recidat. nec putandum est virum egregie erudi-
tum aliter sensisse. Nec video quomodo aliter possem hunc
locum accipere, quem non sum ausus immutare, quia
omnes codices penitus conueniebant. ceterũ ita pu-
tabam legendum, vt ex serie auctoris colligitur: Ita
quod si prolabatur in eandem speciem heresis.
sive ita: Ita quod si prolabatur in eandem, vel in
aliam speciem heresis, &c.

b Ratione autem purgationis canonica est du-
bium, &c.] Admonui supra in hac 3. par. super 2.
modo processum fidei terminandi. §. nec contemnat.
Emericum varijs locis, varie scripsisse de hac diffi-
cultate: sed ne actum agam, quid mihi in hoc dubio
sentiendum videatur, dixi copiose praecitato commẽ-
tario, vbi omnino videas.

*De octauo modo terminandi processum fi-
dei per abiurationem faciendam
ab heretico poenitente.*

C Tausus modus processum fidei ter-
minandi & finiendi est, quando de-
latus de heretica prauitate, meritis
processus diligenter discussis, cum
bono cõsilio in iure peritorum, re-
peritur confessus heresim, sed poenitens, & alias
non relapsus veraciter; & hoc est quando delatus
ipse confitetur iudicialiter Episcopo, vel Inquisi-
tore medio iuramento, fore verum qd ipse tanto
tempore stetit, & perseuerauit in illa, seu alia, de
qua delatus est heretica prauitate, & illi credidit
& adhesit, sed postmodum ad informationẽ Epi-
scopi, & Inquisitoris tandem vult resiliire, & ad
gremium Ecclesiae redire, & illam ac omnẽ aliã
heresim abiurare, & satisfacere prout ipsi volue-
runt ordinare, & non reperitur, quod vnquã alias
heresim aliquam abiurauerit, sed nunc abiurare
prompto animo est paratus.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis
enim est quod multis annis steterit in heresi
praedicta, ac et alijs quibuscumque, illas credide-
rit, dogmatizauerit, multosque induxit in er-
rores; si tandem cum effectu illas hereses consen-
serit abiurare, & satisfactionem congruã ad ar-
bitrium Episcopi & Inquisitoris exhibere; non est
tradendus brachio seculari vltimo supplicio fe-
riendus; nec si est clericus, degradandus, sed est
ad misericordiã admittendus, iuxta c. Ad abolen-
dam. §. praesenti. extra de heret. & abiurata pri-
mitus heretica prauitate, est in perpetuum car-
cerem detrudendus, iuxta c. Excoicamus, 2. §. si
quis. & absolutionis beneficio impedito, & iniũ

A Et eidem, quod talibus iniungi consuevit, iuxta
c. Vt officium, prouiso tamen solenter, ne simula-
ta fictione redeat fraudulenter, & Episcopum et
Inquisitorem; immo seipsum fallendo, sub agni
specie lupum gerat. Proridendũ
ne ficta sit hęc
reticorũ con-
uetsio.

Modus autem disponendi ad abiurationem ta-
lis erit.

*Forma disponendi ad abiurationem
faciendam per illum, qui est propria con-
fessione in heresi deprehensus, & poeni-
tet. & alias non relapsus.*

IN primis Episcopus & Inquisitor inter se co-
cordabunt de praedicta abiuratione fienda pu-
blice, aliqua certa die Dominica, vel festiua, quẽ
quidem non sit Dominica de Aduentu, vel Qua-
dragesima, vel alias dies multũ solemnis, vt dies
Natiuitatis Domini, vel festum Paschae, & simi-
les, quia praedictis diebus honestũ est sermones
non suspendere, & quemlibet accedere ad eccle-
siam suam parochialem; quod fieri non posset si
in illa fieret abiuratio antedicta: tum quia suspen-
derentur sermones; tum etiam quia omnes con-
fluere ad ecclesiam, in qua fienda foret abiur-
ratio supradicta. Concordata igitur de tali certa
die Dominica, vel festiua, mandabitur praecedenti
die Dominica, seu alia festiua, per dies aliquos
ante praefixam diem ad abiurandum praecedente,
ex parte Episcopi & Inquisitoris, curatis om-
nibus ecclesiarum illius ciuitatis, vel loci, in quo
praedicta abiuratio est fienda, vel religiosus, qd ha-
beret illa die populo praedicare, quod insinuet pu-
blice populo, ac clero, quod tali Dominica, seu
die festiua, Inquisitor in tali ecclesia pro fide &
de fide sermonem faciet generalem; & sic quod
quilibet vadat illuc ad videndum, & audiendum
ca quã fiet, & habebit ex parte domini nostri
Papae Indulgentiam consuetam, scilicet, quadra-
ginta dierum, indicando etiam, quod illa die nõ
erit alius sermo in loco illo. Quo facto, mittatur
ex parte Episcopi & Inquisitoris ad domos reli-
giosorum; qui praedicant communiter verbum
Dei, & intimabitur eorũ superioribus, quod die
Dominica sequenti, seu tali die festiua, Inquisitor
sermonem faciet pro fide in tali ecclesia genera-
lem, & quod suspendit omnes alios sermones: &
ideo quod nullus in loco illo praedicti illo mane,
sed quod quilibet superior mittat quatuor fra-
tres, vel duos prout videbitur, qui intersint sermo-
ni, & abiurationi, & sententiae ferenda.

Medio autem tempore Inquisitor sermonem
suum ordinabit, iuxta materiam fidei, de qua pro-
tunc est agendum: ordinabit etiã cum Episcopo
de culpis in scriptis redigendis, abiuratione for-
manda, & sententia, ac etiam de loco & sede, seu
baptimento ponẽdo in alto in ecclesia antedicta
in medio, in quo possit poni abiurandus & senten-
tiandus, vt ab omnibus videatur. ordinabit etiam
de veste fienda ad modum scapularis religiosorũ
sine tũ capucio, qd sit de pãno liuido, vel alterius
coloris, & habeat insertas cruces ante & retro de-
panno, Vest s poeni-
tentialis.

Panno, seu tela crocea lōgitudinis trium palmorum, & ex transuerso duorum, & latitudinis medij palmorum.

Practica.

Quibus omnibus sic dispositis, & adueniente die ad abiurandum præfixa, statim in principio Missæ ponetur abiurandus in sede seu bastimēto prædicto in alto, in populi medio, seu in loco, in quo possit libere ab omnibus intueri, circumdantibus eum curia secularis, seu ecclesiastica ministris: & stabit discooperto capite, & dicto Euāgelio (vt est moris) Inquisitor prædicabit, detestādo & reprobando illam hæreticam prauitatem, seu illas in qua, vel in quibus abiurandus confessione propria est deprehensus. Quo sermone finito, Inquisitor dicit hæc verba, vel similia in effectu: Ille, qui est hic in alto positus, incidit in hæresim cōtra quā vobis prædicaui, & illam tenuit, & circa illam multum offendit: quod autem ita sit, vos audietis. Quibus dictis mādēt notario statim ibi, vel religioso, vel clerico ibi in ambone præsentis, cui tradidit cedulam, culpas illius abiurandi continentem, quod legat illam, & ille statim obtemperabit: Cedula autem, seu scriptura erit tenoris sequentis.

Forma cedulæ legendæ in publico crimine illius continentis, qui habet hæresim abiurare.

190 **I**stæ sunt culpæ & mala opera contra fidem catholicam, quæ gessit talis hic præsens, quæ confessus est in iudicio se cōmississe ore proprio, medio iuramento.

In primis confitetur ore proprio & medio iuramento, quod tot annis stetit, & perseuerauit in ista hæresi, & errore: *exprimantur.*

Item confitetur, quod in dictam hæresim incidit in hunc modum: *dicatur.*

Item cōfiteretur, quod dogmatizauit, & pluries induxit plures ad eandem hæresim per hunc modum: *dicatur, & sic explicentur eius culpæ omnes.*

Quibus lectis si Inquisitor videat eum certis indicijs bene conuersum ad fidem, & præsumat quod veritate interrogatus publice nō negabit, interrogabit eum dicens: stāt ne ista omnia in veritate sicut lecta sunt? & eo respondēte quod sic, adiungat: Vis tu in istis hæresibus perseuerare; quod si feceris, damnaberis in æternū, & perdes etiam nunc corpus tuum: vel eas abnegare & abiurare, vt possit animam tuam saluare & vitā corporalem præseruare? Quo dicente, nolo in istis stare, sed volo libenter illas abnegare, & reuocare; dicit Inquisitor, sano consilio adhefisti.

Si autē Inquisitor hæsitet, an ille sit bene conuersus, & dubitat, quod si interrogetur lectis culpis, an ita stet in veritate, quod ipse cōmiserit illas, quod negaret veritatē, & se ibi excusaret propter verecūdiam, & populus scandalizaretur: in illo casu non curet eum interrogare, an illa quæ sunt lecta ita stent in veritate nec ne: sed illis lectis interroget eum (vt est dictum) si vult in illis hæresibus stare, vel ipsas abnegare, & abiurare, & responso, quod abnegare, & abiurare: tūc po-

netur coram ipso abiurando liber Euāgelio, quo factō, deposito capucio, & genibus ibi flexis, ac manibus ad librum positis, leget ipse, si scit legere, abiurationem: alias notarius, vel religiosus aliquis, seu clericus, per orationes breues illa eadem replicante per hunc modum: Nam notarius dicit in vulgari: Ego talis, de tali loco, talis diocesis: & abiurans replicabit: Ego talis, de tali loco, illa exprimendo. Notarius coram vobis dominis Episcopo & Inquisitore: Et abiurans eadem replicabit: & sic de alijs. & quilibet dicat ita alta voce, vt quilibet discernatur. Abiuratio autē talis erit.

Forma omnem hæresim abiurandi per illum, qui propria confessione est in hæresi deprehensus, & penitet, & alias non est relapsus.

Ego talis de tali loco, talis diocesis in iudicio personaliter constitutus, coram vobis dominis Venerabilibus N. Episcopo talis ciuitatis, & Fratre N. Inquisitore hæreticæ prauitatis in terris talis dñi ditioni subiectis, a sancta sede Apostolica specialiter delegato, sacrosanctis Euāgelij positus coram me, eisq; proprijs manib. per me tactis; iuro me credere corde, & profiteor ore illam sanctam fidem catholicam & Apostolicam, quā sancta Romana Ecclesia credit, profiteor, prædicat, & obseruat: & consequenter abiuro, reuoco, detestor, & abnego omnem hæresim cuius eunque sit conditionis & sectæ extollētem se ad uerius sanctam & Apostolicam Ecclesiam.

Item iuro me credere corde, & profiteor ore, quod sic & sic: *explicetur articulus catholicus, contrarius illi hæresi, in quam se confessus est incidisse. vt verbi gratia, si confessus est incidisse in illā hæresi, quod dominus noster Iesus Christus non fuit verus Deus, sed homo purus, abiuret sic.*

Item iuro me credere corde, & profiteor ore, quod dñs Iesus Christus beatæ Mariæ semper Virginis filius, fuit verus Deus; genitus de Deo patre æternaliter, & verus homo ex Maria Virgine cōceptus, & natus tēporaliter: Et cōsequēter abiuro, abnego, detestor, & reuoco illā hæresim damnatam per sacrosanctam Ecclesiam, quæ falso ac mendaciter asseuerat, quod dominus Iesus nō fuit verus Deus, sed homo merus & purus, in hæresim ego miser incidisse, & tenui, & illi didi per annos totaque dogmatizauit, docui & defensusui: Cuius rei me poenitet corde toto. Et si in plures hæreses se incidisse est confessus, abiurabit quamlibet singillatim per modum statim dictum.

Item iuro pariter & promitto, quod deinceps nullam hæresim prædicarum, seu aliam qualēcumque tenebo, credam nec adhærebo, nec dogmatizabo alicui, nec docebo, nec instruam quemcumque; de aliqua hæresi prauitate, nec libros hæreticales scienter habebō: immo iuro & promitto, quod si sciuerō aliquem esse infectum aliqua hæresis labe, seu aliquem dogmatizare, doceat, aut

aut quemquā instruere in aliqua hæresi, vel errore, seu libros, vel scripturas hereticas habere, quā citius cōmode potero vobis domino Episcopo, vel Inquisitori, seu alteri successorum vestrorum, vel alicui vicariorum vestrorum, vel illorum, renūtiabo & intimabo.

Item iuro pariter & promitto, quod pœnitentiam per vos mihi iniungendam prædictis nō refutabo, nec contraveniam in aliquo, immo pro vitibus adimplebo.

Item iuro pariter & promitto, quod nō fugiā nec absentabo me, nisi de vestro beneplacito, licentia & assensu; immo iuro & promitto, quod quādocunque & quotiescunque requisitus fuero per vos, seu alterum vestrum, seu vicariorum vestrorum, ac successorum vestrorum, aut eorū vicariorum alterius nomine, vel mādato, quam citius commode potero, me personaliter præsentabo; sic me Deus adiuet, & hæc Euangelia sacrosancta. Quod si cōtra prædicta iurata, vel ab iurata, seu eorum aliquod (quod Deus auertat) fecero in futurū, haberi volo protinus pro relapso; ac penīs relapsi de iure debitis, me nunc pro tūc obligo & adstringo, quatenus illis plectar, si & quando probatum exiterit legitime in iudicio, seu me confessum, contra nunc iurata & abiurata, aliqua commississe.

Sit autem circumspēctus, & cautus notarius, q̄ scribat in actis, seu processu, quod prædictus abiuravit tanquam deprehensus in hæresi propria confessione, vt si relabatur, pœna relapsi debita puniatur.

Facta autem prædicta abiuratione Inquisitor poterit ei qui abiuravit, talia verba dicere in effectu: Charissime, in eo q̄ abiurasti, sano consilio adhæstisti, quia euasisti infernū, & introibis, Deo adiuuante si volueris, paradysum: sed præmoneo, quod sis cautus, & in agendo, loquendo & cōuerfando: nam si de cetero prolabi inuentus fueris in quamcumque hæresi, vel errore, vel eis, vel ei quos vel quem seiueris esse in aliqua hæresi vel errore, de cetero fauorem in hæresi præstiteris, sine misericordia traderis curiæ seculari, vltimo supplicio ferendus: quare tibi consulo, q̄ sis cautus, & fugias hareticos & suspiciones, & semper associes viris catholicis atq; bonis, & qui suspecti de fide nullatenus habeantur.

Et quia iste, qui est sic deprehensus in hæretica prauitate, est ex cōmunicatus, iuxta c. Excommunicamus. 1. & 2. de heret. Et per abiurationē redijt ad gremium Ecclesiæ, ideo est ei absolutiois beneficium impendendum, iuxta c. Vt officium, in princip. de heret. li. 6. Quare post prædictam abiurationem poterit ei dicere Inquisitor: Fili, quia tu credidisti & hæstisti hæresib. sū prædictis, tu fuisti excommunicatus: quia omnis talis de iure est excommunicatus: sed nūc huiusmodi hæreses abiurasti, abnegasti, & reuocasti, ideo videris pœnitens, & cōuersus, propter quod ego absoluiam te à dicta sententiā excommunicationis, & restituiam te Ecclesiæ sacramentis, & amodo eris particeps bonorū Ecclesiæ; dūtāme attendas bene, quod de corde vero, & fide nō si

cta reuersus sis ad Ecclesiæ vnitatem, & serues ea quę tibi iniūcta per nos fuerint & mandata; alias non es absolutus: sed confido quod veraciter es conuersus, & tibi iniūgendam pœnitentiā obseruabis; ideo volo te absoluerē, flecte genua. Quo factō dicatur psalmus, Deus misereatur nostri. Kyrie eleison, &c. Pater noster, &c. Et ne nos, &c. Saluum fac seruum tuum, &c. Deus meus, &c. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

PRÆTENDE Domine famulo tuo dexteram cælestis auxilij, vt te toto corde perquirat, & quā digne postulat, assequatur.

Oremus.

PRÆSTA quæsumus Domine hic famulo tuo, dignum pœnitentiæ fructum, vt Ecclesię tuę sanctę, à cuius integritate fidei deuiauerat, in hæresim incidēdo, dono tuę gratię, reformetur, Per Christum dominum nostrum. Amen.

Ei addat sic: Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, absoluto te à sententiā excommunicationis maioris, qua fuisti innodatus, pro eo quia in damnatam hæresim credēdo incidisti, & restituo te sacramentis Ecclesiæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amē.

Quibus peractis dicat sibi Inquisitor: Fili, modo Ecclesiā sanctā Dei recepit te ad misericordiā, & es factus vnus de numero filiorum eius: sed vt melius caueas in futurū, & Deus indulgeat tibi tantum quod commisisti peccatū, & sis ceteris in exemplum, dominus Episcopus & ego iniungemus tibi pœnitentiā, non tantam quantam meruisti, sed talem qualem valeas sustinere: & terreatis si tibi dura videatur, quia si bene perseueres, nobiscum misericordiam inuenies. Et tūc Inquisitor iniungat notario, vel illi religioso, seu clerico, cui sententiā tradidit perlegendā ibi in ambone præsentis, quod legat eā, & statim ferretur sententiā per hunc modum.

Forma sententiæ contra eum, qui abiurauit vt hereticus pœnitens.

Nos N. Episcopus talis ciuitatis, & Frater N. Nordinis Prædicatorum Inquisitor hæreticæ prauitatis, in terris talis domini ditioni, subiectis, à sancta Sede Apostolica specialiter delegatus.

ATTENDENTE S, q̄ tu talis de tali loco talis diocesis, fuisti nobis publica fama referēte, ac fide dignorū in siuatione, delatus de hæretica prauitate, & quod illa infectus fueris multis annis, in magnum tuæ animæ detrimentū: quæ delatio præcordia nostra acrius vulnerauit: Nos quibus incumbit ex officio nobis tradito, sanctā hęc catholicam in cordibus hominum complātare, ac prauitatem hæreticam ab eorū mētibus enervare. ¶ (volētes vt tenebamur & teneamur) in & super his certius informari, & videre si clamor ad aures nostras puenerat, veritate aliqua fulciretur, vt si sic veritas te haberet, puidem de salubri remedio opportuno: descendimus ad inquirēdum, testes examinandū, teq; vocandū:

§ Al. externi nare.

dum; ac vt congruentius potuimus, in & super contra te denunciatis te interrogandum medio iuramento, & ad peragendum omnia & singula, quæ per nos erant fienda, iustitia exigente, ac vt nobis mandant canonicæ sanctiones. Sanè cum vellemus causa tuæ huiusmodi congruum dare finem, & videre clarè, quod compertum fuerat, an scilicet, ambulare in tenebris, vel in luce; & an fores infestus hæresis labe necne: processus meritis actitatis, solemne tam in Sacra Theologia facultate, quàm in iure canonico, & ciuili peritorum corâ nobis consiliû ordinauimus cõgregari, scientes, quodd secundum canonicam instituta,

† a. Pruden-
tiam. de offi.
de leg.

ra, integrum est iudicium, † quod plurimorum sententijs cõfirmatur. Et habito in & super omnibus, & singulis actis, & actitatis in causa præsentis, sano, maturo, ac digesto cõsilio prædictorum, visisque ac diligenter inspectis processus meritis, omnibusq; & singulis in eo contentis, æqualanee libratis, inuenimus te propria confessione in iudicio recepta per nos medio iuramento, in multiplici prauitate hæretica deprehensum. Nã inuenimus, q tu per annos tot credidisti corde, & affirmasti ore sapere, & sapies, qd sic & sic; *explicetur oēs hereses, in quib. incidit singillatim, uerbi gratia, scilicet, quod dominus Iesus Christus non fuit Deus, & homo, sed tãtum homo purus. Itẽ quodd beata Maria mater præfati domini nostri Iesu Christi nõ fuit semper uirgo, sed postquã Christũ uirgo peperit, ipsa de Ioseph alios filio generauit, &c. exprimantur omnes, quæcumque sint illa, & etiam explicentur omnia, quæ contra eũ legitime sunt probata. Et post sequatur sic.* Verum eũ misericors, & miserator Dominus nõnullos prolabi permittat aliquãdo in hereses, & errores, non solum vt viri catholici, & litterati in sacris eloquijs exercitentur, verum etiã vt sic lapsi humiliores deinceps fiant, ac in pœnitentiã operibus exercẽatur, eiusdem processus meritũ diligẽter discussis, reperimus, quod u ad in formationem frequẽtem nostram, & aliorũ proborum, adherendo consilio saniori ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ, & ad eiusdem vnitatem salubriter euolasti, prædictos errores, & hæreses detestando, ac fidei sanctæ catholicæ agnoscens irrefragabilem veritatem tuis intimis uisceribus, insigendo, propter quod te admisisus ad abiuratoriã, & adiuratoriã publicam cautionem faciendo te in præsentiarum præfatas hæreses, & omnem aliam hæresim publicè abiurare, quæ expleta absoluius te à sententiã ex cõmunicatio nis maioris, quæ ex lapsu in hæresim exiteras innodatus, & te reconciliando sanctæ matris Ecclesiæ, restituius ecclesiasticis sacramentis, dum tamẽ de corde uero, & fide non ficta redieris ad Ecclesiæ vnitatem, prout te fecisse credimus, & speramus. Sanè cum indignum valde existat do minorum temporalium iniurias uisceri, Domini que calorũ, & creatoris omnium iniurias æquanimitè tolerare, eũ multo grauius sit æternam, † quam temporalem ledere maiestatem: & vt ipse peccatorum miserator, tui misereatur: & vt his ceteris in exemplum, & vt crimina nõ rema

† c. Vergens
de hæret.

neant impunita, & vt efficiaris cautior in futurum, & vt non reddaris procliuor, sed difficilior ad prædicta, & quæcũq; alia illicita cõmittenda:

Nos Episcopus, & Inquisitor iudices in causa fidei antefati, sedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, de prædictorum in sacra theologia, atque iure consilio peritorũ; sacrosanctis Euãgelijis positus corâ nobis, vt de vultu Dei iudiciũ nostrum prodeat, & oculi nostri videãt æquitatem, habentesque præ oculis solum Deum, ac fidei orthodoxæ irrefragabilem veritatem, te ralem in nostra præsentia constitutum in hoc loco, die, & hora tibi ad audiendam diffinitiuẽ sententiã, seu iniungendam pœnitentiã in antea assignatis, sententialiter & taliter danamus ac pœnitentiã, solam tibi vitã de misericordia relinquimus:

In primis, quod mox induaris veste liuida facta ad modum super signi militum, seu scapularis absq; capucio monachorum, habente cruces de panno croceo, vnã ante, & aliam retro, longitudinis trium palmorum, & ex transuerso duorum palmorum, & latitudinis medij palmi: quæ vestem, & cruces super vestes alias deferre habeas toto tempore vitæ tuæ in signum pœnitentiæ, & si destruiatur, habere & deferre aliam tenearis, cũ cruces sint insignia hominis pœnitentis: quod abhorrerè non debes, sed diligere, quia Dominus Iesus Crucem in suis humeris humiliter ba iulauit. Item te condemnamus, ac pœnitentiã, quod mox hac prædicta veste indutus, ponatis cũ prædicta veste, & crucibus in porta tali huius ecclesiæ, tali in scala, in alto, & ibi stes vsq; ad horam prandij, taliter vt videri possis ab egredientibus, & post reducaris ad eundem locum, & scalam indutus veste prædicta, & crucibus, in prima pulsatione Vesperorũ & illic taliter stes vsq; ad solis occasum. Item te sententialiter condemnamus, q tali die Dominica seu festiua stes in porta talis ecclesiæ in scala in alto, à principio Missæ maioris vsq; ad finẽ, eũ veste, & crucibus supradictis, & tali die Dominica vel festiua per modum consimilem in porta talis ecclesiæ, & tali: *exprimantur omnes, vel multa ecclesiæ parochiales, & religiosorũ, & præsertim illa, in quib. maior populi cõfluit multitudo, & assignetur dies solẽiores anni, sicut Christi Natiuitatis, Apparitionis, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, et quatuor festiuitates Virginis gloriose, plus minus, vt culpa exegerit delinquentis.*

Item te sententialiter condemnamus carceri tali ad perpetuũ, vt ibi semper pane doloris, & aqua angustia crucieris. Retinentes nobis ex certa scientia, & expressè, q possimus liberè dictã sententiã seu pœnitentiã mitigare, aggregare, commutare, tollere totaliter, vel in parte, si & quãdo, & prout nobis, & toties quoties videbitur faciendum. Lata fuit hæc sententiã.

Qua lata, Inquisitor a lmet per puncta, & dicitur 191
cet sententiã hæc vel similia in effectu: Fili, scẽtã vel pœnitentiã tua stat in hoc, quod tu scilicet portes toto tempore vitæ tuæ cruces, & q stes in scala

scala cum eis in porta taliū ecclesiarū, & quōd
 sis in carcere perpetuo ad panem & aquā sed si
 non sit tibi graues, quia certifico te, quōd si pa
 tiēter tolēres, misericordiā apud nos inuenies;
 nec dubites, nec desperes, sed firmiter spesies.

Quibus dictis sententia executioni debere de
 mandatur: & statim vestis prædicta sibi indua
 tur, & in scala in alto ponatur; vt ab egrediēti
 bus euidenter videatur, circumdantibus eum mi
 nistris curie, hora autem prandij ducatur a mini
 stris ad carcerem: & post hinc alia prout ponun
 tur in sententia.

Dunt autem ipse inducitur; & ad portam ec
 clesie ducitur; Inquisitor faciat tria.

Primo largiatur quadraginta dies de indulgē
 tia omnibus, qui prædictis actibus fieri in eccle
 sia interfuerunt.

Secundō indicet ibi publice, q̄ omnes qui præ
 stiterunt cōsiliū, auxiliū, vel fauorē, quod il
 le abiurauerit hæresim, & ad Ecclesia vnitatem
 redierit, sicut fuerūt denuntiantes, testificantes,
 consiliantes, culpas, abiurationem, & sententiā
 legentes, ac ministri eum custodie aces, habuerūt
 ex parte domini nostri Papæ tres annos de in
 dulgētia.

Tertio insinuet ēt omnibus, q̄ quicunq; scit
 aliquē hereticū, seu de heresi distamātū & suspe
 ctū, & denūtiauerit ipsi Inquisitori, q̄ ēt habe
 bit ex parte domini nostri Papæ tres annos de in
 dulgētia, & sic cōsiderat & denūtiat, si aliq̄d sei
 uerint vel audiuerit de prædictis, & sic est finis.

Considerādum autē est, quod Episcopus & In
 quisitor possunt in dicta sententia seu penitētia
 dispensare, mitigare, & commutare prout maior
 vel minor correctio, patientia, vel humilitas ap
 paruerit delinquētis, iuxta c. vt cōmissi. in prin.

Attendendum tamen est, q̄ tales in heresi de
 prehensi, postquam redeuntes conuersi sunt, in
 sua conuersione differentes sunt. Quidā namq;
 sunt, qui licet heresibus crediderint, ac eas dog
 matizauerint, tamen continuo vt ab Episcopis
 seu Inquisitorib. deprehensi sunt, & de fidei ca
 tholicæ veritate, ac contrario eorum, quæ ante
 crediderūt, informati sunt, a suis erroribus resi
 liunt, & abiurare errores illos cōsentiri, ac de fa
 cto faciunt, & cū his mitius est agēdum, & quo
 ad sententiā & penitentiā, & quo ad mitigatio
 nē eiusdem penitentiæ seu dispensationē ipsius.

Vnde cū talib. leuius dispēlatur, præsertim quo
 carceris perpetui detractionē, & panis & aquæ p
 petuam macerationē. In alijs autē ēt aliquāter
 sed nō totaliter, maxime in portatione crucium.
 Multū. n. congruū est & vile talibus, totā ciuita
 tē seu locū eis pro carcere assignare: sed cruce
 longo tempore deferre. Deportatio. n. cruciū pu
 blica, potest esse deferentibus multum satisfā
 ctoria, immo esset multū meritoria propter vere
 cundia, quā deferentes sustinent satis magnam,
 & potest esse & est ceteris plurimū in exēplum,
 & sic in depositione earum difficiliter dispēlāe.

Quidam autem alij sunt, qui & heresib. cre
 diderunt, & eas dogmatizauerunt, ac deprehēsi
 ab Episcopis vel Inquisitoribus in eisdem sunt,

A & de earum prauitate & cōtraria catholica veri
 tate plenius informati, resiliire ab erroribus no
 lunt, sed per rem pora cōtumaciter persistunt, &
 tandem fortasse plus metu mortis, quā amore
 veritatis resiliunt, seu potius resiliire se fingūt, et
 abiurant: tales rarissime veraciter cōuertuntur,
 sed fictē, & sub agni specie gerunt lupum: qua
 re talib. sic difficiliter abiuratis, non est fides ma
 gna adhibenda de eorum conuersione, ppter
 quod cum eis cautius est agendum, nec sunt faci
 liciter a carcere liberandi, sed potius per annos
 plures, seu perpetuo in eisdē detinēdi, ne alios
 inficiant; nec debent permitti intrare ad eos mu
 lieres, q̄ a fragiles sūt, & faciliter pueritūtur, nec
 viri simplices, sed tātū viri catholici & approba
 ti zelatores fidei, nullatenus de fide suspecti: ta
 les nāq; multos deceperunt, multosq; infecerūt,
 & fraudes quā plurimas cōmiserunt, ac frequen
 tius, & vt plurimū reciduaauerunt, & ad vomitū
 redierunt, & relabentes & impanitētes ignibus
 sunt consumpti, vt experientia rerū magistra do
 cet, & docuit in diuersis mundi partib. euidenter.

Pulchra au
 ctoris docu
 menta, dilige
 ter aduertē
 da.

COMMENT. XLIII.

R Et sit hunc modum etiam Tabiensis in sum.
 verbo, Inquisitor. §. 10. & Iacobus Sprenger
 in maleo maleficarum 2. p. q. 27. & Syluester lib.
 3. de strigibus c. 4. p. 10. & Locatus in fine ope
 ris iudicialis, in formula referenda sententiæ, seu in
 iungendi penitentiam ei per resiles cōuictus est in
 heresi incidisse, sed penitet, nec est relapsus, et aliq̄
 a

Illas crediderit, dogmatizauerit, multosque
 induxerit in errores. [Hic locus manifeste indicat
 Eymericum sentire, dogmatistam, siue magistrū er
 rorum conuerti uolentem, recipiendum esse ad Ec
 clesie a gremium: quam sententiam non esse simpli
 citer explodendam, (vt quidam putant) abunde do
 cuimus supra par. 2. super q. 39.]

Dogmatista
 ex sententia
 Eymerei reci
 piendus si
 conuertatur.

b Interrogabit eū dicens: stant ne ista omnia
 in veritate sicut lecta sunt? Sano sine presumat
 Inquisitor reum libere dicturum veritatē, quia be
 ne cōuersus videatur, siue negaturū, nullo pacto de
 bet eū interrogare, an crimina obiecta & publica
 ta ita se habeant, nec ne: quoniam grauissimum inde
 posset nasci incōmodum. si. n. reus malo spiritu agi
 tatus, coram populo negaret ea ita se habere, in du
 bium reuocarentur quæ magno labore sunt inuenta,
 & inquisita; ac multitudo plebeia non leuiter etiā
 commoueretur. ergo seu speret confessurum, seu se
 cus, tutius est semper talem omittere interrogatio
 nem. vidi ego quandoque eos qui coram vno, aut al
 tero libere recitauerant suos errores, postea ob ve
 recundiam fortassis, aut alios affectus magnopere
 expauescere eosdem coram alijs, aut plurib. referre.

Ad hæc: quannis qui ita interrogaretur, non ne
 garet probata crimina; posset tamē se excusare, aut
 alio modo se fingere innocentem: quod omnino vi
 tandū esse in hac causa monuit iam olim frater ille
 Pionetus saepe citatus in sum. p. 5. c. 2. cuius frag
 mētū extat in codice illo bibliotheca Vaticane; ubi
 it. Qualiter examinatur heretici, ita habet: Et ca
 ueat ne permittat excusare se, vel alio modo se
 innocentē fingere, ne populus scandalizetur pu
 tantes

tantes eum iniuste damnatum. *hac ille.*

Num. 194. **C** Verum cum misericors & miserator Dominus nonnullos prolabi permitat aliquando in hereses, &c.] *Sæpe monui Emericum recondita eruditionis sue semina ubique spargere: nam hoc loco quasi aliud agens breuissime indicat quæ utilitates ex hæresibus oriuntur, de quibus grauius & vere beatus Tho. 2. 2. q. 11. art. 2. ad secundum argumentum. plene quoque differit Ioannes Turrecrem. in sum. de ecclesia, li. 4. par. 2. c. 5.*

Quot & quæ
lia commo
ab hæresibus
oriuntur.

Ac in summa tria potissimum commoda parient hereses, quorum duo tantum hic recenset Emericus: primum est, intelligentia diuinarum scripturarum, & fidelium exercitatio in illis percipiendis, dñ vigilanter inquirunt Spiritus sancti recodita mysteria, de quo multis locis differuit Augustinus, sed nusquam luculentius, quam tom. 8. in psalmum 67. super illo versiculo: Cōgregatio taurorum, &c. quem locum, quia valde est in hac causa insignis, re

Insignis Augustini locus
de commodis
quæ oriuntur
ab hæresibus.

*ferre placuit, hæt aut ita: Multi sensus scripturarum sanctarum latent, & paucis intelligentioribus noti sunt, nec asseruntur commodius & acceptabilius, nisi enim respondendi hæreticis cura cōpellit. Tūc enim etiam qui negligunt studia doctrinæ, sopore discusso, ad audiendi excitantur diligentia, vt aduersarij refellatur. Denique quàm multi scripturarum sanctarum sensus de Christo Deo asseriti sunt contra Photinū, quàm multi de homine Christo contra Manichæum, quàm multi de Trinitate cōtra Sabellū, quàm multi de vnitae Trinitatis contra Arrianos, Eunomianos, Macedonianos, quàm multi de catholica Ecclesia toto orbe diffusa, & de malorum cōmixtione vsque in finem sæculi, q̄ bonis in sacramentorū eius societate nō obsint, aduersus Donatistas & Luciferianos, aliosque si qui sunt, qui simili errore à veritate dissentiunt: quem inulti contra ceteros hæreticos, quos enumerare, vel cōmemorare nimis longum est, & presenti operi non necessariū. quorum tamē sensuū probati assertores aut prorsus laterent, aut nō ita eminerēt, vt eos eminere fecerunt superborum cōtradictiones. hæcenus ibi Augustinus. quib. adde id q̄ idē docet in libro de vera religione, ca. 8. in hæc verba: Quapropter multi, vt diē Dei videant, & gaudeāt, per hæreticos de somno excitantur. Vt a mur igitur etiam hæreticis, nō vt eorū approbemus errores, sed vt catholicè disciplinā aduersus eorū insidias asserentes, vigilatōres & cautiōres simus, etiam si eos ad salutē reuocare non possimus. *hac ille. quæ Emericus hoc loco non latuerūt.**

Alterū commodum ostendit hic auctor, dñ aut, Verū etiā vt sic lapsi humiliōres deinceps fiant, ac pœnitentiæ operibus exerceantur. fit enim sepe multos eorū, qui in hæreses labuntur, & vere conuertuntur, ita pœnitentiæ operibus insistere, ac vetera demouis opera detestari, & vt & ipsi nō modo sibi, verum etiam humilitatis & vere pœnitentiæ exemplo alijs profint vehementer.

Tandem illud est ingens & hæresibus cōmodū, quod diuus Paulus commemorat 2. ad Corinth. c. 11. dicens: vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis, quasi dicat, cōstantia fidelium roboratur,

A vt interpretatur præcitato loco diuus Thomas. hoc plene commodum ex hæresibus proueniens, optissima testantur insignia & clarissima supplicia Martyrum, ab exordio nascentis Ecclesie vsq; ad nostra tempora, qui potius miris carnis cruciatibus affici se passi sunt, quam Christi fidem violare, vel negare.

B Dogmata præterea fidei catholica, quæ hæretici subuertere nituntur, firmius roborantur et stabiluntur. vnde apud Euagriū lib. 1. hist. Ecclesiastica, ca. 11. de hac re legimus ita: Et ob hanc causam dictum est ab Apostolo planissime: Oportet hæreses in vobis esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Atque in hoc etiam arcanam Dei sapientiam licet admirari ad diuum Paulum sic loquentis: Virtus mea in infirmitate perficitur. Ex quib. namq; rebus Ecclesie disrupa sunt mēbra, ex eisdem recta dogmata, quæ in nullam reprehensionē possunt incurere, accuratius limitantur, & reponuntur integri, & Ecclesia catholica indies crescit, & ad celum quodammodo extollitur. *Alia commoda refert Turrecremata præcitato loco, sed illa facile ad hæc tria enumerata referri possunt.*

C **D** **E** **F** **G** **H** **I** **K** **L** **M** **N** **O** **P** **Q** **R** **S** **T** **V** **X** **Z**
d Eiusdem processus meritis diligenter discussis, reperimus, quod tu ad informationē frequentem nostram, & cat. adharendo consilio sanioris, &c. ad gremiū sanctæ matris Ecclesie, &c. euolasti. Ex his verbis, & ex illis paulo antea appostis, videlicet: Nā inuenimus, quod tu per annos tot credidisti corde, &c. videtur apertissime sentire Emericus, quod sententia, quæ lapsi in heresim reconciliantur, debeat continere talem conuersum hereticum fuisse. de hac enim re non mediocriter olim inter viros insignes exiit controuersia, nam primus omnium, quod ego sciam, Guido Fulcodius in consultationib. ad Inquisitores. q. 16. c. 19. tales redeuntes non esse pronuntiandos hereticos, scripsit in hunc modum: In ferendis autem sententijs, seu potius penitentis iniungendis in eos, vel eis qui redierint, non credo quod sint hæretici, vel credentes pronuntiandi, quia nō sunt tales, vt probatur 24. q. vlt. dixit Apostolus. in fine capituli, nec pronuntiandum est fuisse, quia nec est modus pronuntiandi in iure. dicitur ergo sic: quia te inuenimus per testium, vel tuam confessionē hereticum, vel hæreticos adorasse, vel similia perpetrasse; nunc vero saniori consilio vsus, ad vnitatē Ecclesie (prout asseris) de corde bono & fide non ficta vis redire: ideo te, in primis abiurata à te omni hæretica prauitate secundū formā Ecclesie ab excommunicationis vinculis, quibus tenebaris astrictus, absoluiimus, si tamen ad eam ex corde redieris, & iniuncta tibi madata seruaueris. *hac ille. cuius sententiā eisdem prorsus verbis sequitur Archidiaconus in ca. vt commissi. de hæret. li. 6. & Zanchinus tract. de here. 41. §. dictum fuit. & Gondissaluis tract. de here. q. 20. nu. 6. & Squillacensis tract. de fide cath. c. 26. & quidā alij.*

Sed verior sententiā est, quam videtur sequi hoc loco Emericus, & tenent Ioannes And. & Genouianus, in dict. cap. vt commissi. dicentes, Inquisitores nostri temporis bene pronuntiare illam fuisse hereticum,

retinens, neque aliquid esse quod obstat; immo Si-
monica de cath. in l. r. tit. 60. nu. 5. qui hanc senten-
tiam amplectitur, addit prima instructione Hispa-
leni c. 10. cautum esse, ut qui reincorporantur, vel
revertuntur Ecclesie declarantur fuisse heretici, vel
apostas, et incidisse in penas a iure statutas; quia
tamen dicunt se velle puro corde & fide non ficta
redire ad Ecclesiam, indices absolunt eos ab exco-
municacione, et reconciliant eosdem Ecclesie, si ita
est, ut afferunt, quod absque vlla simulatione vere
convertuntur. & hanc sententiam comprobant com-
munis Inquisitionum vsus.

Cur autem opponantur illa conditiones: si tamen
ad eam ex corde redieris, & fide non ficta, & in iu-
sta tibi mandata servaueris, docet idem Fulcodius
præcæto loco in hac verba: Nec miremur de illis
conditionibus, si tamen, &c. causa enim tol-
lenda questionis expedit eas poni, ut si forte non
servauerint, appareat non fuisse absolutus. hęc
ille. Idem Geminianus, & alij in d. c. vt commissi-
s, necnon, de heret. li. 6.

Retinentes nobis ex certa scientia, & expref-
se, quod possimus libere dictam sententiam, seu
penitentiam mitigare, aggravare, commutare, &c.
Hoc est insignis Inquisitionum privilegium, ut etiam
post sententiam pronuntiatam iurisdictionis eorum in
eadem causa non expiret, ut copiose docet Guido Ful-
codius in consultationibus ad Inquisitores q. 13.
quem sequitur more suo Archidiaconus in c. vt co-
missi, de heret. li. 6. licet ea, quæ dicunt, indigeant
animadversione.

Et valde æquum est, ut inter cetera Inquisito-
res aggravare quandoque possint iniunctas peniten-
tias, ne delinquentes facilitate fortassis & exigui-
tate iniunctarum penitentiarum elat, aut inveno-
ti effecti facile relabantur; asperitate enim facilius
in debito iustitie officio continebuntur.

Quod vero hic docet Symericus non est remere
ab ipso confectum, cum & olim in Concilio Narbo-
nensi idem cautum fuerit, c. 7. in hæc verba. Illa se-
per retentione caute adhibita, ut liceat vobis, seu
alijs Inquisitoribus, seu quibus hoc Romana Ec-
clesia, vel illi cui ex officio compet, duxerit com-
mittendum, pro vestro & illorum arbitrio, ac vo-
luntate, iniunctis penitentijs addere, vel detrahe-
re ex causa rationabili quandoque. hæc illi
ibi.

Immo & Concilium Biterrense c. 22. addit pos-
se quandoque absque causa expressa augeri pœ-
nas cum negotio fidei visum fuerit expedire. aut enim
ita: Ac semper vobis potestate retenta, ut si vide-
ritis negotio fidei expedire, sine noua etiam cau-
sa positus ad carcerem reducere supradictos. hæc
ibi, quod ita est accipiendum, ut pœna penitentibus
augeatur, aliqua semper causa rationabilis, iuxta di-
positionem Concilij Narbonensis interuenire de-
bet; non tamen necesse est, quod illa causam præbeat
semper ipsi penitentes: satis enim erit quandoque si
fidei negotio expediat, nam si ex liberatione alicuius
penitentis damnati ad perpetuum carcerem, ti-
meretur probabile aliquod periculum, quo in de-
tinentium fidei possit redimere: sane tunc in
carcerem iterum detruendi posset: atque hoc vult Con-

cilium Biterrense: quod non est contemnendum, cum
quandoque hi casus accidere possint. neque tunc iniuste
quidquam committitur, cum causa religionis &
fidei (quæ cum alijs rebus præferenda est. l. sunt per-
sona. ff. de religiosis et sumpt. fune.) hoc ita fieri po-
tulerit, ac persuadeat.

Diligenter tamen est obseruandū, quod dicit con-
cilium: videlicet: ut si videris negotio fidei expe-
dire: nam nisi causa fidei id postulet, non potest ius-
te Inquisitor ob alias causas eum cui semel condo-
navit carceris penam, iterum in carcerem detruere.

Quæ autem sint cause rationabiles ad augendam,
vel minuendam, vel penitus tollendam penitentiam,
vel minuendam, vel penitus tollendam penitentiam,
prudens Inquisitor considerabit, spectata penitentium,
seu convertorum conditione, natura, & humilitate:
nam, verbi gratia, detrahere poterit iniunctis peni-
tentijs, easque minuire, seu etiam tollere ob infir-
mam valetudinem, vel etiam ob insignem penitenti-
æ humilitatem, & veram conversionem. sunt enim
quidam, qui post lapsam ita vetera scelera detestati
sunt, ut asperitiam sponte agant penitentiam, &
etiam maiorem quàm illis fuerit iniuncta; his enim tunc
aut minui poterit, aut mutari in aliam leuiorem, aut
tolli, quod eleganter ostendit Symericus paulo post.
in. 196. verbi. considerandum autem est

Adde vero, seu aggravabit penitentias ob con-
verforum indevotionem, malitiam, contentionem,
seu iracundiam & similia, quæ mentem & animum eo-
rum indicant parum obedientem Dei legi, & iniun-
ctis sibi mandatis.

Denique, ut vno verbo dicam, in aggravando hæc
regulam puto obseruandam, ut augeatur pœna, &
talis imponatur, quæ sit contraria ei actui, quo reus
delinquit, ut amplius docui supra in hac 3. par. nu.
18. Ad hunc etiam locum illustrandum spectat ea
quæ dixi infra super q. 86. cum agerem de potestate
Inquisitionum in augendis statutis pœnalis cõ-
tra hereticos.

Sed quid sit Inquisitor propter oblivionem, aut a-
liis causis hanc potestatem expresse sibi non refer-
naverit, poterit ne nihilominus penitentias auge-
re, minuire, tollere, vel minuire. Et verius est ad-
huc posse, quod voluit & vere Symericus supra in
septimo modo processum fidei terminandi in vlti-
mis verbis ibi: Quia potestatem habet Episcopus
& Inquisitor, etiam si non retineat, & hoc de iure,
ut in c. vt commissi, de heret. li. 6. hæc ille; cuius
sententia verissima est: tunc tamen est expref-
se retinere, ut iubent præfata concilia.

Iam Inquisitores iure communi hanc habent po-
testatem super omnis penitentias iniunctas. ceterum
in Hispania super quibusdam penitentijs inferio-
res Inquisitores, postquam iniunctæ sunt, nullum ha-
bent arbitrium absque generalis Inquisitoris eorū
regnorum facultate; quæ qualia sint, suis locis indi-
cavimus.

Et sic in depositione eorum difficiliter dispõ-
satur. Hic locus de gestandis vestibus cum crucib.
depietis, & de dispensatione super depositione earū
dem crucib. valde est considerandus, cui similia prorsus
scribit Auctor repertorij Inquisitionum verbo,
signum. S. nota quod bonum esset, notanda vero in
primis sunt causæ, cur super deponendis crucibus
difficult-

Quæ causa
fuit rationa-
biles ad auge-
dam, vel mi-
nuendam pe-
nitentiam.

Inquisitor
non retenta
facultate pot-
estatis peni-
tentias
aggravare,
mutate, &c.

Num. 196.
In deponenda
veste crucib.
signata diffi-
cilter dispen-
satur, & qua
re.

difficulus fieri debet dispensatio, inter quas illa potissima est, quia multum potest gestatibus prodesse propter verecundiam: vnde si patienter eam tolerant, valde erit illis meritoria. huc accedit quoniam huius etiam vestis, seu sacri gestatio multum est apta ad agendam facilius quamlibet penitentiam. vnde de Simancam de catholica institutione tit. 47. numero 10.

Iam quod hic refert Emericus de non concedenda facile dispensatione in deponendis crucibus, locum etiam habet cum crucibus penitentium suspense sunt in ecclesiis illis, in quarum parochiis habitabant illi: neque enim inde facile debent amoueri, immo si vetustate labantur, renouanda sunt, inscriptis nominibus illorum, quorum palliamenta fuerunt, vt extent in perpetuum ea signa & monumenta impietatis, & eo horrendo & formidando infamie spectaculo homines a committendo tam graui scelere auocentur. neque hoc est recens inuentum, vt alibi plenius dixi. interim videto Simancam de cath. instit. tit. 47. numero 13.

Tametsi vero Emericus difficulter dispensari dicat: at non ait nullo modo dispensari. veru[m] causa ad hanc dispensationem concedendam magna concurrere debent, possuntque dispensationem hanc concedere iure communi quilibet Inquisitores per textum in c. vt commissi. §. illorum. de heret. lib. 6. quod & velle videtur hic Emericus. atque hoc sententia vera est. Iacobus tamen Simancas de cath. instit. tit. 47. nu. 12. asseruit, inquisitores ipsos non posse moderare tempus praefinitum ad hunc vestitum ferendum; cuius sententia in solis Hispaniae inquisitoribus locum habet, cum ibi hoc sit reseruat[um] inquisitori generali: sed nos communis iuris regulas sequimur, nec priuatas Inquisitionum sanctiones velut leges generales & vbiq[ue] obseruandas putamus, tametsi illis vtendum velut aequis & iustis saepe moueamus, vt in praefatione operis docuimus.

Hoc tamen addiderim, tutissimu[m] mihi videri, ut ceteri Inquisitores antequam in depositione crucu[m] dispensent, consulant Sacrosanctae & generalis Romanae Inquisitionis Senatum, expositis breuiter causis cur ea dispensatio facienda videatur: quamuis vbi inuisissima visa fuerit, per se id efficere possint.

Propter quod cum eis cautius est agendum; nec sunt facilliter a carcere liberandi, & cetera. Hic locus de secundo genere conuersorum, videlicet eorum, qui sero & tarde post multas admonitiones reuertuntur, diligentissime est obseruandus ob pericula, quae hoc ipso loco recenset auctor: quod videtur accepisse ex Concilio Biterrensi c. 23. vbi ita scriptum est: Curetis tamen vt talibus immurandis, fiant iuxta Sedis Apostolicae ordinationem teparate & occulte camerulae, sicut fieti poterit in singulis ciuitatibus dioecesium corruptarum, vel alterutrum, vel se vel alios peruertere nequeant. habemus ibi. Sed de hac re plura sumus dicturi in sequentibus, ex quibus hic locus amplius illustrabitur. adde Alberinum in repetitione c. quoniam. de heret. li. 6. q. 12.

Iure communi quilibet Inquisitor dispensat in depositione crucum.

Qui difficulter conuertitur, difficile sunt a carcere perpetuo liberandi.

A De nouo modo terminandi processum fidei in casu relapsi penitentis:



Onus modus processum fidei terminandi & finiendi est, quando delatus de haeretica prauitate, processus meritis diligenter discussis, cum bono consilio in iure peritorum, reperitur confessus haeresim & penitens, sed relapsus realiter; hoc est quando delatus ipse consistitur iudicialiter coram Episcopo & Inquisitore alias se abiuuasse omnem haeresim, & ita legitime reperitur, & post credidit illi tali haeresi seu errori, vel quod ipse aliter aliquam haeresim abiuuauit, & post redijt, & credidit in eadem: Sed post adhaerens consilio saniori, penitet, & edit catholice, & reuertitur ad Ecclesiae unitate[m]. Tali enim non sunt, si humiliter petat, deneganda[m] Penitentia[m] & Eucharistiae sacramenta: sed quantumcunque peniteat, nihilominus vt relapsus est tradendus brachio seculari, vltimo supplicio ferendus: hoc autem intelligitur vbi reperitur quod abiuuauerit tamquam deprehensus in haeresi, seu tamquam suspectus de haeresi vehementer, non autem leuiter tantum.

Circa autem istum talis practica est seruanda: Nam concluso in consilio peritorum maturo pariter & digesto, & si oportuerit replicato, quod praedictus delatus de iure est relapsus, Episcopus & Inquisitor mittet ad dictum delatum relapsum in carcere inclusum, duos vel tres probos viros, & praesertim religiosos, vel clericos fidei zelatores, eidem relapsio non suspectos seu ingratos, sed familiares & gratos, & isti intrabunt ad eum ea prout hora competentis, & loquentur sibi de contemptu mundi, & miseris vitae praesentis, & gaudio ac gloria paradisi. Et demum his praemissis indicabunt sibi ex parte Episcopi & Inquisitoris, quod non potest euadere mortem temporalem, & ideo quod curet de salute anime suae, ac disponat de peccatorum suorum confessione, ac sacramenti Eucharistiae receptione: & isti frequentabunt eum, inducendo illum ad penitentiam & ad patientiam, confirmantes eum pro viribus in catholica veritate, taliter vt ipsum diligenter faciat confiteri, ac conferri eidem petenti humiliter Eucharistiae sacramentum: nam huiusmodi sacramenta non sunt talibus deneganda, iuxta c. Super eo. de haeret. lib. 6.

Quibus sacramentis receptis, eoq[ue] bene disposito ad salutem iudicio praedictorum; post duos vel tres dies, in quibus per praedictos in fide catholica confirmetur, & ad penitentiam patientiamque inducatur; Episcopus, & Inquisitor mandabunt Balliuo loci, vel Potestati curiae secularis, quod die tali & hora, scilicet non festina, sit cum sua familia in tali platea seu loco, extra ecclesiam tamen, ad recipiendum de foro suo quenda[m] relapsium, quem ipse Episcopus & Inquisitor tradet ei, & nihilominus quod die praefixa de mane seu praecedenti, faciat publice praenotari per ciuitate[m] seu locu[m] in locis illis seu vicis, in quibus praenotaciones

rationes alia communitur cōsueverunt fieri, q̄ tali die, & hora, & in tali loco Inquisitor pro fide sermone faciet, & q̄ Episcopus, & Inquisitor condemnabunt quendam relapsū in hereticam prauitatem: tradendo eum curiē seculari.

Considerandum ē autē hic est, quod iste, qui sic relapsus est, si fuerit in sacris ordinibus constitutus, vel aliās sacerdos, vel cuiuscunque ordinis seu religionis obumbratione fuscatus, ante quā tradatur, est totius ecclesiastici ordinis prerogatiua nudandus, & sic omni beneficio, & officio ecclesiastico spoliatus, relinquatur secularis arbitrio potestatis, animaduersione debita puniendus: vt in c. Ad abolendā. §. presentis. de hære. Cū igitur talis est à suis ordinibus degradandus, & curiē seculari relinquendus, Episcopus cōuocet prelatos, Abbates, & viros religiosos suæ diocesis: quia licet non olim, nūc tamen solus Episcopus cū prelati, & alij viris religiosi, & peritis suæ diocesis potest in sacris ordinibus cōstitutū degradare, cum est relinquendus brachio seculari, vel p̄petuō immurandus p̄ hereticam prauitatem, iuxta c. Quoniā. de hære. lib. 6.

Adueniente autem die præfixa pro degradando relapsū, si fuerit in sacris ordinibus constitutus, ac tradendo brachio seculari, aut relinquendo, si fuerit laicus, ad audiendam diffinitiuam sententiam assignata in aliqua platea seu loco extra Ecclesiam, populo cōgregato, & facto sermone per Inquisitorem, ac ipso relapsū inibi in alto constituto, & præsentē curiē seculari: si degradandus ipse relapsus fuerit, ipse Episcopus in Pontificalibus indutus, & prelati suæ diocesis eidem assistentib. ipsum degradandū corā eis existentem, & indutum ac dispositum sicut si deberet in suo ordine ministrare, à suo ordine degradabitur, & à superiori ordine incipiendo, & degradatum vsq; ad infimum. Et sicut conferendo ordines vtitur Episcopus verbis ad hoc ecclesiam ordinatis: ita degradando in qualibet depositione, & casulæ, & stolæ, & sic de alijs. poterit vt aliquibus verbis contrarijs primis. Quia quidem degradatione facta, vbi fienda sit, per modum, secundum quem de iure, seu consuetudine est fienda: Inquisitor mandabit notario seu religioso vel clerico, quod legat sententiā: quæ sententiā, siue fuerit relapsus laicus, siue clericus degradandus, feretur per modum tenoris sequētis.

Forma ferendæ sententiæ contra eū, qui in heresim est relapsus, sed penitens, & vt relapsus traditur curiē seculari.

NOS N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & frater N. ordinis Prædicatorū Inquisitor hereticæ prauitatis in terris talis domitioni subiectis, à sacra sede Apostolica specialiter delegatus.

ATTENDENTES legitimè informati, quod tu talis de tali loco, & talis diocesis, fuisti coram nobis, si ita fuit, seu corā talibus Episcopo, & In-

A quisitore delatus de tali heretica prauitate seu talibus, explicetur, in quibus heresibus vt legitimè fuit compertum, fuisti confessione propria deprehensus, ac etiā testibus conuictus, & quod in illis perstiteras tanto tempore animo indurato, dicatur prout fuit, sed post adharēs (vt videbatur) consilio saniori, illas hereses in tali loco, publicè abiurasti, abnegasti, & reuocasti in forma Ecclesiæ consueta, propter quæ prædicti Episcopus & Inquisitor credētes te veraciter cōuersū ad gremium ecclesiæ sanctæ Dei, te ab excommunicationis sententiā, qua constructus tenebaris, absolūtes (si tamen de corde vero, & fide nō ficta reuersus esses ad sanctæ Ecclesiæ vnitatē) iniunxerunt tibi penitentiam salutarem. Verū post omnia supradicta, & tot annorum curriculum tā elapsis, nunc nouiter iterum delatus nobis fuisti, & extitisti, quod iterū incideras in tales hereses abiuratas, explicetur. Nosque, licet displicēter, de te talia audissemus, tamen iustitia nos cogēte, descendimus ad inquirendum, testes examinādū, teq; vocandū, & interrogandū medio iuramento, necnon ad omnia, & singula faciēda, quæ per nos fienda erant secundum canonica instituta: Sanè cum vellemus præsentē causam sine debito terminare, solēne consilium tā in theologia facultate, quàm in iure canonico, & ciuili peritorum, iussimus congregari, & habito prædicto cōsilio maturo pariter, & digesto, in & super omnibus, & singulis actis, & actitatibus, ac uis & diligēter discussis processibus meritis, & omnibus, & singulis actis, & actitatibus, aqua lance libratim, prout heri exigebat, reperimus legitimè tam per testes, quàm per propriam tuam confessionē iudicialiter receptā, quod reincidisti in hereses abiuratas: Nā reperimus, quod talia & talia dixisti, vel fecisti, explicetur omnia, propter quæ & merito, de prædictorum cōsilio te habuimus, & habemus pro relapsū iuxta canonica instituta; quod dolenter referimus, & referendo dolemus; Sed quia ad informationem nostrā, & proborum virorū catholicorū, diuina gratia inspirato, iterū es reuersus ad gremium Ecclesiæ, & ad eiuſdē vnitatē, prædictos errores, & hereses detestando, & credendo catholicè, fidemq; catholicā protestādo, admisimus te ad recipiendū Penitentiam, & Eucharistiā petita per te humiliter ecclesiasticæ sacramenta: prout relapsus penitentibus, & humiliter petentibus, cōcedunt canonice

† sanctiones. Verū cū ecclesia Dei, in te circa te non habeat ultra quid faciat, eū ita misericorditer se habuerit erga te (vt prædiximus) & tu illa abusus fueris in abiuratas hereses incidēdo: ea propter, nos Episcopus, & Inquisitor iudices ante fati sedētes pro tribunali more iudicū iudicātū, sacrosanctis Euangelij positos corā nobis, vt de vultu Dei iudicū nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatē, habētēque præ oculis solum Deum, & sanctæ fidei irrefragabilē veritatē, ac extirpationē hereticæ prauitatis: te talē hoc loco, die, & hora tali, tibi ad audiendam diffinitiuam sententiā in antea assignatis, sententiā iudicamus esse veraciter relapsū in hereticam prauitatem, licet penitentem, & vt veraciter relapsū

† cap. Super eo. de heret. lib. 6. †

E abusus fueris in abiuratas hereses incidēdo: ea propter, nos Episcopus, & Inquisitor iudices ante fati sedētes pro tribunali more iudicū iudicātū, sacrosanctis Euangelij positos corā nobis, vt de vultu Dei iudicū nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatē, habētēque præ oculis solum Deum, & sanctæ fidei irrefragabilē veritatē, ac extirpationē hereticæ prauitatis: te talē hoc loco, die, & hora tali, tibi ad audiendam diffinitiuam sententiā in antea assignatis, sententiā iudicamus esse veraciter relapsū in hereticam prauitatem, licet penitentem, & vt veraciter relapsū

† Iuxta c. No
uimus; de ver
bo, sign.

plum in eandem, de foro nostro ecclesiastico te
proicimus, & relinquimus, seu brachio seculari
tradimus. Rogamus tamen & efficaciter di-
ctam curiam secularem, quod circa te, circa san-
guinis effusionem, & mortis periculum senten-
tiam suam moderetur.

Et tunc Inquisitor conferat indulgentiam co-
suetam, scilicet quadraginta dierum, omnibus, qui
eius sermone interfuerint, & sententia ant edictis:
& notificet (vt supra alias dictum est) quod omnibus,
qui dederunt auxilium, consilium, & fauorem, vt
dictus relapsus ad fidem conuerteretur, confert
dominus noster Papa tres annos de indulgentia:
& sic Episcopus, & Inquisitor recedant, & curia
secularis suum officium exequatur.

200 Attendendum est tamen, quod quamuis Episco-
pus, & Inquisitor debeant esse summo opere dili-
gentes, & per se, & per alios facere, vt relapsus
peniteat, & ad fidem catholicam reuertatur: ta-
men postquam penituerit, & conclusum fuerit
in consilio, quod licet peniteat, nihilominus veraci-
ter est relapsus, & vt talis tradendus est brachio
seculari ipsi personaliter, quod tali sententia debet
plectendum ad impenitentiam, quam ad patientiam:
nec ex tunc, nec ante sententiam, nec post, eum
sibi faciant presentari, vt non moueatur animo
contra eos, quod in casu tali mortis diligentius est
cauendum; sed (vt est dictum) mittant ad eum
aliquos probos viros, presertim religiosos, seu cle-
ricos ei non ingratos, qui futuram sententiam at-
que mortem infligendam indicent, cum in fide con-
arment, ad penitentiam exhortentur, & post sen-
tentiam eum allocient, & consolentur, & cum eo
exorent, & ab eo non recedant donec spiritu red-
diderit Creatori: qui tamen sint cauti, & auisati,
ne quid agant, seu dicant, propter quod re-
lapsus morte praeueniatur, & ipsi efficiantur irre-
gulares, & vnde deberet meritum reportare, de-
ferant secum poenam, pariter atque culpam.

Considerandum etiam est, quod tales sententiae
tradendi aliquem curiae seculari non consueue-
runt fieri die festiua, vel solemni, nec in Eccle-
sia, sed extra in aliqua platea: quia sententia est,
quae ducit ad mortem, & honestius est, quod fe-
ratur in die feriali, & extra Ecclesiam, cum dies
festiua, & Ecclesia sint Domino dedicata.

COMMENT. XLV.

Refert Tabiësis in summa verbo, Inquisitor.
§. 21. & 22. Locatus in fine operis iudicia-
lis, in forma sententiae contra confessum, & peni-
tentem, sed relapsum, & Iacobus Spregerius in ma-
leo maleficarum, 3. par. q. 28. Repertorium Inquisi-
torum verbo sententia. §. sequitur sententia condē-
natoria, & Syluester de strigibus, lib. 3. c. 4. p. 100
xi. ac de relapsis quidem copiose Emericus parte,
2. q. 58. vbi diximus, quae hoc loco non sunt inutili-
ter iterum repetenda.

Nym. 197.
D. breuiter
quidem vt

a Circa autem istum talis practica est seruan-
da. Quicumque post Emericum de haereticorum pe-

Anis scripserunt, in hoc consilio eum sunt penitus se-
citraquamuis magna ex parte tacito huius aucto-
ris nomine, laudat tamen Campegius apud Zan-
num c. 16. versic. relapsus recipiatur, ac plane val-
de consentaneum est rationi, vt tam diligens opera
adhibeatur ad conuertendum relapsum, priusquam
curia seculari tradatur, ne anima eius ex hoc secu-
lo migratura, qua cunctis rebus est praeferea. I. San-
cimus. C. de sacro. Ecclesiis. naufragium faciat. Ad
haec, quae in principio huius modi tradit Emericus
& de tradendo relapsio licet penitente curia secula-
ris, & de concedendis ei Penitentia, & Eucharis-
tia sacramentis iterum repetit infra in hac par. q.
99. & 100. quibus locis nonnulla addidimus.

B Quod die tali, & hora scilicet non festiua, sit
cum sua familia in tali platea seu loco, &c. Duo
videtur praecipere Emericus: primum, quod relap-
sus non est tradendus curiae seculari in die festo, se-
cundum, negotium tale non esse peragendum in Ec-
clesia, sed in aliquo alio loco non consecrato seu reli-
gioso, & vtriusque huius dicti refert causam auctori
in fine huius modi, nu. 200. vers. considerandum.

Quatum ad primum attinet, scio equidem in nud-
tis Europae vrbibus obseruari hanc Emerici doctri-
nam: nam cum Inquisitores haereticos prauitatis aut
relapsos, aut impenitentes tradunt curiae seculari,
id non faciunt in die festiua, sed in alio; idque duobus
etiam vel tribus diebus antequam reus coheratur,
solet e domibus, seu carceribus Inquisitorum ad car-
ceres iudicum secularium transferri: in quo nolo
laudabilem, & consuetam cuiuslibet inquisitionis
consuetudinem immutari, dummodo reus criminis
iuste supplicio afficiatur.

C Verumtamen hoc liberè dicam, multum mihi pro-
bati earum inquisitionum ritum, in quibus huiusmo-
di sententiae in diebus festiuis solent pronuntari. cum
enim (vt pulchre docuit Ioannes And. in c. vt com-
missi, de heret. lib. sexto, & dixi supra super sexto
modo processum terminandi. §. adueniente autem
die.) expediat multitudinem populi congregari ad
videndos reorum cruciatus, & poena, vt inde dis-
cant timere homines, & a malo committendo auo-
cari; valde conueniens videtur fieri hec et publice,
& in diebus festiuis, cum maior tunc adsit conuen-
tis populi multitudo.

Certe in Hispania publica fidei actio in dieb. fe-
stiuis solet celebrari, fortassis ob praesatam rationem:
idque eo ritus, quem praescripsit instructio Madrili-
na anno MDLXI. c. 77. in hac verba a nobis lati-
na reddita: Vbi reorum processus conclusi fue-
rint, & ordinatae sententiae, Inquisitores diem fe-
riatum, in quo fiat publica fidei actio, assignabunt
quem diem, significabunt capitulis Ecclesiae, &
consistorio ciuitatis, & vbi fuerit Regius Sena-
tus, intimabitur etiam praesidi, & auditoribus, qui
omnes inuitabuntur, vt fidei actione comiteant,
iuxta consuetudinem cuiusque loci, eurent autem
Inquisitores, vt hec tam commode tempore fiant,
vt executio sententiarum eorum qui tradendi
sunt curiae seculari, possit fieri de die ob euitanda
inconuenientia. haec ibi.

Ingenue fatebor quod sentio, haec mihi magnoope-
re probantur: licet enim enim ita res haec celebra-
tur

in Hispania, videre, horrendum, ac tremendum spectaculum, & quasi imaginem futuri iudicij, quo nihil esse potest ad terrorem incutiendum in hac causa aptius & accommodatius, ex quo ingentia commoda consequuntur.

Quantum vero ad alterum caput spectat: An scilicet, actio fidei in Ecclesia celebrari debeat, eo praesertim tempore, quo vel relapsi vel impenitentes sunt tradendi curiae seculari, Emericus tamen hoc loco, tum in fine huius modi, extra Ecclesiam gerendum hoc contendit: quoniam sententia est, inquit, que ducit ad mortem.

Verum doctissimus, & multis nominibus uenerandus Martinus ab Azpilcueta doctor Nauarrus in enchyridio seu manuali de oratione et uerbis canonicis impresso Romae an. Domi. MDLXVIII. c. 5. dum hanc ipsam questionem tractat suam Fratris Pauli Constabilis Ferrariensis sacri Palatii Magistri, rationibus non vulgaribus uere contendit contra Ecclesiam posse hoc tractari, contra quam hinc uelit Emericus: cui sententia ob eandem illas rationes censeo subscribendum. hoc unum addiderim, commodissimum esse ob rationem paulo antea a me allatam ex Ioan. And. ut in ampla & late patenti platea seu foro, ac in praesentis tabulatis haec celebraretur, ut cunctis populis facilius haec & apertius inueniatur. raro enim tam commode uidentur huiusmodi spectacula intra Ecclesias, quam in late patenti platea ac plateis: et propterea in Hispania extra Ecclesiam solent huiusmodi publice fidei actiones celebrari, ut optime adnotauit idem Nauarrus praecitato loco, in fine eius capituli.

Cosiderandum autem hic est, quod iste qui se relapsus est, si fuerit in sacris ordinibus constitutus, &c. antequam tradatur, est totius ecclesiae fidei ordinis prerogatiua nudandus. Eadem ferme repetit de degradatione Emericus in modo sequenti.

Quoniam uero hic locus proprius est hinc disputationi, nec alibi tradidi, ut plurima huius Directorij loca illustrentur, dicendum est mihi breuiter de degradatione.

Franciscus Duarenus homo satis eruditus, sed perim prius lib. 1. de sacris Ecclesiae ministerijs, c. 2. uix sibi persuadet morem hunc tradendi clericos ex auctoritate curiae seculari, ueteribus notum fuisse, quasi recens putet inuentum: ceterum nos qui nihil temere in Ecclesiam introductum consistemus, uel in moribus componendis, uel in delictis coercendis, uel in reuocandis credimus: nec esset laboriosum, aut difficile ostendere rem aliter se habere, quam homo ille suspicatur. de hac ergo ex auctoritate, & seculari curiae traditione, manifestissime loquitur c. de gradat. de penis. li. 6. & retulit Emericus sup. p. 2. in quo singulariter praescribit ritus degradationis.

Olim autem cum deponendi uel coercendi essent religiosi, ce. ut us quidam numerus indicum postulabat, nam ad audiendum Episcopum duodecim Episcopi: ad presbyterum sex Episcopi: ad Diaconum tres Episcopi requirebantur, cap. si quis tumidus. et c. felix. 15. q. 7. Concilium Triburiense c. 10. At quia in casu haereticis de quo nunc agimus ad exauctorandum religiosum iam per iudices fidei indicatum diffinitur tot Episcopi conuenire poterant, ideo in cap.

A quoniam. de heret. lib. 6. relato ab Emerico supra par. 2. Gregorius nonnulli salubriter cauit, ut solus Episcopus clericum in quibuscuque sacris ordinibus constitutum, degradare posset, conuocatis abbatibus, aliisque prelati, & religiosi personis: quod etiam obseruat hoc ipso loco auctor.

Demum concilium Tridentinum sess. 13. de reformatione, c. 4. qualiter posset clericus etiam presbyter, & per quos degradari praescripsit luculenter. id quod breuitatis gratia omittimus, cum cuius sit obuium, & patens.

B Quod si cetera omnia ad degradationem spectantia, nosce cupis, ea tradunt copiose Julius Clarus in pract. crimi. 5. fin. q. 39. uers. scias autem. cum aliis quot sequentibus. & quaest. 74. Tabienensis, Syluester Angelus in Sum. uerbo, degradatio. Repertorium Inquisitorum, & Locatus in opere iudiciali uerbo, degradatio. eleganter Conradus Brunus li. 4. de haer. c. 13. & Ioannes Roias in singularibus fidei singula. 48. & Simancas de cath. insti. tit. 36. nu. 69. & 70. & alij plerique.

Ex his colliges duplicem esse degradationem, unam verbalem, actiualem alteram, per textum in dict. c. degradatio. de penis li. 6. & uerbali degradatione est, quando Episcopus pronuntiat sententiam contra clericum, per quam priuat illum ordinibus clericibus, seu uerius ordinu ministerio siue executione, cuius formam habes in pontificali.

Actualis autem est, cum clericus non modo per sententiam priuatur, uerum etiam actualiter et personaliter priuatur, exuitur, seu spoliatur ordinibus ecclesiasticis. Ita Julius Clarus in pract. crimi. q. 74. & hanc proprie dicimus degradationem: nam prima illa uerbale, potius depositionem uocamus, tamen si quandoque Doctores degradationem appetit, ut optime praecitato loco adnotauit Iulius Clarus.

In crimine haereticis actualis degradatio locum habet, & de ea loquitur hoc loco Emericus, cuius formam inuenies etiam in Pontificali, & quicquid ad eam exigitur, copiosissime docuit Arnaldus Albertinus in repetitione c. quoniam. de heret. li. 6. denique quo ritus sit, singulatim tradit textus in c. degradatio. de penis. lib. 6. relato apud Emericum supra. part. 2. qua uelut facilia & obuia consulto omitto.

Nunquid autem solus Inquisitor possit declarare clericum haereticum degradandum, quaestio est non vulgaris quam disputat Albertinus in dict. c. quoniam. de heret. lib. 6. q. 7. nu. 4. ubi asserit id posse solum Inquisitorem, ubi Episcopus fuerit negligens, cui propterea subscribo, quoniam cum id possit Episcopus per textum in c. ad abolendam. §. praesenti. de heret. idem quoque poterit Inquisitor: namque paria sunt, paris uirtutis indicantur, ut optime dicit Alberticus in l. de quibus. C. de legibus. manifestum est autem Inquisitorem in hoc crimine aut maiorem, aut saltem parem, habere cum Episcopo iurisdictionem.

Qui tamē sint cauti, & auisati, ne quid agant seu dicant, propter quod relapsus morte praueuiatur, & ipsi efficiantur irregulares. An. 200. usque ad finem huius noni modi terminandi fides praecipuum, quatuor potissimum documenta tradit Emericus.

Solus episcopus potest degradare, & qualiter.

De degradatione qui scripserint.

De gradatio duplex, uerbali, & actualis.

In crimine haereticis actualis degradatio locum habet.

An solus Inquisitor pronuntiet clericum haereticum degradandum.

vicus. Primum, ad iudices violata religionis spectat; quod est omnino obseruandum: duo postrema que incipiunt ibi: Considerandum etiã est. a nobis sunt explicata paulo antea hoc ipso loco. §. quod die tali, & hora tertium ad eos attinet, qui hereticum relapsum penitentem comitantur, & exhortantur, vt patienter mortem sibi infligendam ferat.

Quid cauere debeat, qui comitantur afficiendũ vltimo supplicio, ne fiat irregularis.

In quo hoc sentit Emericus: Qui dant causam dictis vel factis, vt is qui trahitur ad supplicium celerius moriatur, irregulares efficiuntur: quam ob rem diligenter precauere debent, ne talem committant.

Hæc Emerici doctrina vera est, et communiter recepta, quam tradidit primum Beatus Antonius 3. p. tit. 28. c. 2. §. 5. quem sequuntur Tabiensis in summa verbo, irregularitas. 3. §. 13. & Martinus Nauarrus in Manuali seu Enchyridio. Confessorio rum, c. 27. tit. de irregularitate. Syluester verbo, homicidium. 3. q. 2. vers. Tertium similiter est irregularis. & alij si quis ergo horretur condemnatum vt caput carnifici offerat, aut in furcariam scilas ascēdat: aut carnifici dicat, vt ita apter vindicem gladium, vt vno ictu reum iugulet, ne pluribus ictibus feriat, aut his similia faciat, vel dicat, seu persua deat, vnde celerius mors consequatur, quamuis sub secuta fuisset, etiamsi hæc facta vel dicta nõ intercessissent, planè irregularitatem contrahet.

Neque excusabitur propterea, quod dicit se dare opera rei licite, & condũuare, vt malefactores puniantur: aut si dicat, quod quamuis ipse hæc non dixisset vel fecisset, nihilominus is reus erat moriturus: his enim non obstantibus irregularitatem contrahet. ita Tabiensis præcitato loco, & idem Tabiensis verbo, irregularitas. 1. §. 4. ex quibus constat diligenter esse obseruandum hoc Emerici documentum, & veram esse eius doctrinam: quo qua facit textus in c. si quis iudicem. 50. dist. in.

De decimo modo terminandi processum fidei per condemnationem heretici impenitentis non relapsi.

201



Decimus modus processum fidei terminandi & finiendi est, quando de latu de heretica prauitate, processus meritis diligenter discussis cum bono consilio in iuris peritorum, reperitur confessus hæresim, & impenitens, nõ tamen relapsus: & hoc est, quando ipse delatus ore proprio iudicialiter cõfiteatur, se credere aliqua, q̄ sunt hæreticalia planè, & ea defendit, & informat per Episcopũ, & Inquisitorem, quia sunt hæreticalia, non vult eis credere, immo corã eis defendit, nec vult ad eorum mandata illas heresaburare, nec abnegare, seu reuocare: immo persistit in eis, & sustinet animo pertinaci, & nõ inuenitur quod vnquam abiurauerit aliquã hæresim, seu errorem: talis, quamdiu sic in pertinacia ei proposito perseverat, est veraciter impenitens hereticus, non relapsus.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis & tenebitur in carcere firmo, bene cõpeditus, &

catenatus, ne possit euadere, & alios inficere, nullus intrabit ad eũ, nec loquetur sibi, nisi custodes, qui sint probi viri, & de fide nõ suspecti, nec faciles decipi: frequenter Episcopus, & Inquisitor modo cõiunctim, modo diuisim eum sibi facient præsentari, & informabunt de veritate fidei, & falsitas illorum articulorum, in quibus stat animo perunaci, adducendo auctoritates sacre scripture. Et si possunt eum conuertere ab erroribus, bene quidem; si non, interroget eũ, in quo funder se, & videantur eius rationes, & auctoritates, & soluatur sibi, ac destruat ei fundamenta sui erroris. Quod si diu informatus acquiescere noluerit catholice veritati, assignetur ei decem, vel duodecim informatores homines litterati, de diuersis statibus, vt pote, religionum diuersarum, clericorum, & secularium iurillarum: qui simul t̄ conueniant: & eum faciant sibi frequentius præsentari, & informabunt eũ de catholica veritate, adducendo Biblia, vel alios libros authenticos ad eum, ostendendo sibi id, quod tenet, esse contra scripturam sacra, & Ecclesie determinationes, ac destruedo id, in quo se fundabat. Si autem conuerti noluerit, non festinetur, nec mox tradatur brachio seculari, & posito quod ipse petat, & instet, credendo se pati pro iustitia, & quod sit martyr: quia tales a principio sunt multum feruentes, vt comburantur, credentes statim euolare ad cœlos: quare eorum inanis petitionibus non est standum, sed sunt diu, t̄ videbunt per medium annum, vel per vnum in carcere detinendi duro, & obscuro bene cõpediti: nam vexatio frequenter aperit intellectum, & calamitas carceris: & sic sunt detinendi, & frequentius admonendi, quod in corpore, & anima cremabuntur, ac perpetuo damnabuntur, & similia. Et si videant Episcopus, & Inquisitor, quod nec propter prædictorum informationem, nec propter carceris calamitatem a suis erroribus voluerit resilire, tentent si cum aliquibus consolatorijs t̄ possent eum reducere, ponendo eum in carcere minus malo, vel camere competenti, prouiso tamen ne possit euadere: & lautius faciant sibi ministrari, & promittent, quod si a suis erroribus conuertatur, se habebunt ad eum misericorditer, & si resiliat, benedicatur Deus. Si autem per aliquot dies, sic habitus, & tractatus noluerit resilire, permittant ad eũ venire filios, si quos habet, præsertim paruulos, & vxorem, seu alios attinentes, qui eũ emolliant, & eidem in aliorũ præsentia colloquantur. Qui si tandem, nec prosperis, nec aduersis, nec minis, nec blanditijs poterit emolliri, vt resiliat ab erroribus suis, et fuerit prædicto congruo tempore expectatus Episcopus, et Inquisitor disponent se tradendum eũ, seu relinquendum brachio seculari: et mandabunt per cedulam, seu nũmũ Balliuo, seu Potestati curie secularis, quod tali die non festina, et tali hora, sic in tali loco, extra Ecclesiam tamen, eum sua familia, vbi ipsi tradent sibi quendam hereticum impenitentem, et nihilominus, quod ex parte sua faciat publice præconizare in illis vicis, seu locis, in quibus a-

hæc præconizationes sunt fidei consuetæ, quod die & hora, ac loco prædictis, Inquisitor sermonem faciet pro fide, & de fide, & tradet hæreticum quædam brachio sæculari, & ideo quod omnes veniant, & intersint, & habebunt indulgentiam consuetam.

Adveniente autem die præfixa & hora, erit Episcopus & Inquisitor in loco assignato, & tradendus stabit ibidem in alto, ut ab omnibus videatur, præfente populo atque clero, ac potestate curiæ sæcularis, & si tradendus fuerit in sacris ordinibus constitutus, vel cuiuscunque religionis, ex ordinis obumbratione fuscatus, stabit ibidem indutus & dispositus, ac si deberet a suo ordine ministrare. Quibus sic dispositis Inquisitor faciat sermonem detestando hæreses illas, in quibus stat ipse tradendus, & facto sermone, faciet per notarium, seu alium clericum, vel religiosum, quatenus legantur culpa illius, & hæreses, ut frequenter alias fuit dictum.

Quibus lectis adhuc interrogabit eum si vult penitere, & ab hæresibus resiliere, & abiurare ipsas, quod si Deo inspirante consenserit abiurare, admittatur. Prouiso tamen solerter, ne simulata conversione abiuret, & sub agni specie gerat lupum. Et tunc abiurabit ut deprehensus in hæresi propria confessione, & penitens non relapsus, secundum formam positam in octauo modo processum fidei terminandi, vbi de talibus agitur.

Et facta abiuratione, quia illa conuersio & abiuratio præsumitur esse facta plus metu mortis, quam amore veritatis: iste est perpetuo immutandus, & consequenter spriuitus a suis ordinibus degradandus, iuxta c. Quoniam, de hæresi. 6. Propter quod Episcopus assistentibus sibi prælati suæ diocesis, & alijs personis religiosis, & iuris peritis, indutus pontificalibus eundem deponet ab officio & beneficio, & etiã ab ordine degradabit; auferendo sibi ea, quæ sunt officij, & ab ultimo ordine incipiẽdo, & in primo finiẽdo, vtendo aliquibus verbis contrarijs illis, quibus in conferendo vti Episcopi cõsueuerunt. Quæ degradatione expleta, feretur sententia contra eum, & tradetur carceri perpetuo per formam, quæ dictam est in octauo modo, vbi agitur de talibus.

Si autem noluerit penitere, nec hæreses abiurare, (vt fit de communi cursu quando sunt in tali passu) tunc Episcopus modo prædicto eundem degradabit; degradatione expleta, tradetur curiæ sæculari per modum tenoris sequentis.

Forma tradendi hæreticum pertinacem, aliàs non relapsum Curie sæculari.

NOS N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & frater N. ordinis Prædicatorum Inquisitor hæreticæ prauitatis, in terris talis domini, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

ATTENDENTES, quod tu talis de tali loco, talis diocesis, fuisti nobis delatus fama

A publica referent; ac fide dignorum insinuatione, de hæretica prauitate, scilicet, quod asserbas & affirmabas publice, quod sic & sic explicetur hæreses; & quod tu in illis hæresibus pecciteras multis annis in tuæ animæ detrimentum: Nosque quib. ex officio incumberebat prauitatem hæreticam extirpare, volentes, prout tenebamur, in & super his certius informari, & videre, an ambulares in tenebris, an in luce, diligenter inquisiimus de prædictis, teque citantes, ac efficaciter interrogantes reperimus te prædicta in factum hæreticæ prauitatis, ac eandem defensionem coram nobis animo pertinaci. Sane cum præcunctis nostræ mentis desiderabilibus cordi nostro insidat fidem sanctam catholicam & Apostolicam in populorum præcordijs complantare, eradica hæreticæ prauitate, modos diuersos, varios, & congruos tam per nos, quam per alios adhibuimus, quatenus resilires ab hæresibus, & erroribus antedictis, in quibus steteras atque stabas, prout non stas, contumaciter, ac pertinaciter animo indurato; Verum cum humani generis inimico tuo præcordijs assistente, teque in dictis erroribus volente & inuolente, nolueris neque velis à sæpe dictis hæresibus resiliere, plus eligens mortem animæ incurrere gehennalem, & corporis temporalem, quam antefactas hæreses abiurare, & ad gremium Ecclesiæ aduolare, & animam lucrari, in reprobum sensum datus: ea propter cum sis ab Ecclesia sancta Dei excommunicationis vinculo innodatus, & merito immo à grege Dominico separatus, ac participatione bonorum Ecclesiæ priuatus, & Ecclesia non habeat circa te vltra quid faciat, cum ad te conuertendum fecerit iuxta posse.

B NOS Episcopus & Inquisitor iudices in causa fidei sæpessati, sedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, sacrosanctis Euangelijs positis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & vt oculi nostri videant equitatem: habentesque præ oculis solum Deum, & sanctæ fidei veritatem, ac extirpationem hæreticæ prauitatis, hac die, hora, & loco tibi in antea assignatis ad audiendam sententiam definitiuam; condemnamus, ac sententialiter iudicamus, te esse veraciter hæreticum impenitentem, & vt veraciter talem tradendum & relinquendum brachio sæculari, & sicut hæreticum impenitentem per hanc nostram sententiam de foro ecclesiastico te proijcimus, & tradimus, seu relinquimus brachio sæculari, ac potestati curiæ sæcularis; dictam curiam sæcularem efficaciter deprecantes, quod circa te citra sanguinis effusionem, et mortis periculum, suam sententiam moderetur. Lata fuit hæc sententia, &c.

Et tunc Inquisitor conferet indulgentiam consuetam, scilicet quadraginta dierum, omnibus et singulis, qui prædictis sermoni & sententiæ interfuerunt, notificando etiam cunctis, quod omnes qui præstiterunt consilium, auxilium, vel fauorẽ, vt hic hæreticus impenitens ad manus Ecclesiæ adueniret, pro extirpanda hæretica prauitate, habet tres annos de indulgentia ex parte domini nostri Pape.

204 Et dum curia secularis suum officium ex-
 quetur, poterunt aliqui viri probi, & fidei zela-
 tores ipsum associare, eundemque inducere ad
 fidem catholicam, & exhortari adhuc, vt resiliat
 ab erroribus.

Et si forsitan tunc post latam sententiã, ac post
 quam traditus est curiæ seculari, dũ ducitur ad
 comburendum, vel ligatur ad palum, vt combu-
 ratur, dicat se velle resiliire, & penitere, ac hære-
 ses abiurare, crederem h de misericordia posse re-
 cipi vt hereticum penitentem, & perpetuo im-
 mutari, per gl. de hæret. c. Ad abolendam. §. pra-
 senti. & veri. audientia, &c. Excommunicamus
 1. quamuis nõ inueniatur (vt puto) iure cautum ;
 nec tali conuersioni sit magna fides adhibeda.

† Hoc narrat
 Eymericus fu-
 pra par. 2. q.
 21.

Et factõ † sic contingit in Cathalonia in ciui-
 tate Barchinon. vbi fuerũt tres hæretici vt impa-
 nitẽtes, sed non relapsi, traditi brachio seculari ;
 & cum vnus eorũ, qui erat sacerdos, fuisset igni
 expositus, & ex vno latere iã aqualiter adustus ;
 clamauit quodd educeretur, q̃a volebat abiurare,
 & penitebat, & sic factum est: verũ si bene vel
 male, nescio : vnum scio quodd post quatuorde-
 cim annos accutatus, inuentus est in hæresi per
 mansisse cõtinue, & multos infecisse, nec cõuer-
 ti voluit, sed vt impenitens & relapsus iterũ est
 relictus brachio seculari, & ignibus cõsumatu.

COM M E N T. XLVI.

R eferunt Iacobus Sprengerius in malleo male-
 ficarum 3. par. q. 29. & breuiter Tabiẽsis in
 summa, verbo, Inquisitor, §. 23. Syluester de strigi-
 bus li. 3. c. 4. puncto 12. & Locatus in fine operis
 iudicialis in forma tradendi brachio seculari here-
 ticum impenitentem. & Repertorium Inquisitorũ
 verbo, sententia. §. sequitur sententia condemnato-
 ria. & Campegius apud Zanchinum c. 16. in prin-
 cipio. & alij quos suis locis paulo post referemus.

Num. 201.

Circa istum talis practica est seruanda. Idẽ
 sententiũ præcitati, & Simancas de cath. insũ. tit.
 48. nu. 32. vbi testatur multis instrũctionum capi-
 tibus id esse cautum in Hispania.

Cap. autem 43. Madriliana instrũctionis anni
 MDLXI. quam ille omisit, de hac re ita cautũ est :
 Cũ reus extiterit negatiuus, et legitime fuerit de
 crimine hæresis, (de quo fuit accusatus) conui-
 ctus: vel extiterit pertinax, manifestũ est in iu-
 re, q̃ debet tradi curiæ seculari: ceterũ in tali ca-
 su Inquisitores multũ debet eius cõuersionẽ pro-
 curare, vt saltẽ in gratia Dei moriatur. in quo In-
 quisitores facient quidquid pie poterũt. hæc ibi.

Qui seruandũ
 circa he-
 reticos impenitentẽs prius
 quã tradatur
 curiæ seculari.

† monentes.

Tota hæc praxis obseruanda circa hereticos im-
 penitentes prius quã tradatur curiæ seculari, præ-
 scripta fuit olim Inquisitoribus per conciliũ Biver-
 rense c. 17. ex quo eam videtur accepisse Eymeri-
 cus: is locus insignis est, & ita habet: Conuerti no-
 lentes, vbi cõmode poteritis, damnare tradetis:
 ipsos frequẽter tã per vos, quã per alios ad cõ-
 uersionem monentes, † ac tandẽ in sua malitia
 pertinaces, faciat errores suos ad eorum detesta-
 tionem publice cõfiteri; & sic eos damnatos præ-
 sentibus potestatibus secularibus, eorumue Bail-
 lius, secundum mandatum Apostolicum relin-

A quentes. hætenus ibi. Sed quod in genere fieri præ-
 cipit concilium, qua ratione singulariter et in specie
 fieri debeat prudentissime docet auctor hoc loco.

b Et informabunt de veritate fidei, &c. addu-
 cendo auctoritates sacræ scripturæ.] Atque hic
 modus est optimus, præsertim ad conuincendos he-
 reticos litteratos, vt docuit Eymericus paulo antea
 na. 87. vers. quidam namque. prodest etiam multũ
 ad eosdem conuertendos, vt hic indit auctor: ne-
 que temere aut imprudenter: quoniam paucissimi
 sunt hæretici impenitentes, qui non teneant suam
 perfidiam aliqua scripturæ sacræ auctoritate præue-
 intellectu, qua vbi vere declarata fuerit, sperandũ
 est, hæreticum, qui ea nititur, suum errorem defen-
 dere, cum depositurum & conuertendum fore, nisi
 prorsus deliret, & clarissima veritatis luci tene-
 bras offundere conetur, quod est proprium eorum
 qui pertinaces sunt.

B Et certum est ac exploratum apud eruditos ex
 praua scripturæ intelligẽtia multa hæretica dogma-
 ta & pernicioosa profluxisse, vt optime indicat Be-
 tus Augustinus tom. 4. in lib. de catechizandis ru-
 dibus. cap. 8. & lib. 1. c. 2. contra Iulianũ Pelagia-
 num. & nos asserimus copiose lib. 2. de causis vn-
 de hæreses oriuntur.

In primis vero heresiarchæ, omnes suorum erro-
 rum, occasiones ex scriptura male intellectu accepe-
 runt, vt grauiter docet Epiphanius in secunda sy-
 nodo Nicæna, actione 9. & habetur nunc in 3. to.
 conciliorũ Caloniensiss editionis anno MDLXVII.
 pag. 257. ait enim: Quorũ recta dogmata ho-
 mines iuxta suam opinionem subuertere conan-
 tur, non miretur aliquis, si scripturæ verba vlti-
 pat: nam & omnes hæresiarchæ suorum errorũ
 occasiones è diuina scriptura collegerũt: & quæ
 recte à Spiritu sancto dicta erant, peruersè animi
 sententia conuellunt. hæc ille, quod & multis ex-
 plis euidenter ostendit. Optimus est ergo vel ad cõ-
 uertendos, vel saltẽ ad conuincendos hereticos au-
 thoritatibus scripturæ vti, vt pulchre docet hic Ey-
 mericus.

C Vetussum autem esse, & approbatum in sancta
 Dei Ecclesia morem, vt ad hunc modum agatur cũ
 hereticis pertinacibus, vt conuertantur & resipis-
 cant, apertissimẽ indicat textus in c. conuenientibus.
 1. q. 7. ibi quid huiusmodi factum esse cernitur,
 desumptus est is locus ex prima actione 7. synodi,
 qua est secũda Nicæna, vbi Petrus presbyter Ha-
 driani Papæ Romani Vicarius loquitur in hæc ver-
 ba: Et Romę quoq; extorris erat Macarius, hære-
 ticus à sancta synodo sexta designatus: Verum
 piæ memoracionis pater noster Benedictus, deli-
 berandi spatium per xxx. dies illi cõcessit & quo-
 dam tempore Bonifacium consiliarium ad eum
 misit, quo verbis admonitione plenis ex sacra
 scriptura illũ instrueret: verũ ad meliorem men-
 tem haud quaquam perduci potuit. Id autem pa-
 ter beatus ob id egit, quo rursus illũ in pristinũ
 statum reciperet. hæc ibi. habeturq; tomo. 3. cõci-
 liorũ Coloniensiss editionis an. MDLXVII. pag. 60.
 c. Si non, interrogent eum in quo se fundet, &
 videatur eius rationes, & c. & soluantur sibi, &c. Num. 201.
 Hunc locum & consilium saluberrimum diligen-
 dis

D Vetussum autem esse, & approbatum in sancta
 Dei Ecclesia morem, vt ad hunc modum agatur cũ
 hereticis pertinacibus, vt conuertantur & resipis-
 cant, apertissimẽ indicat textus in c. conuenientibus.
 1. q. 7. ibi quid huiusmodi factum esse cernitur,
 desumptus est is locus ex prima actione 7. synodi,
 qua est secũda Nicæna, vbi Petrus presbyter Ha-
 driani Papæ Romani Vicarius loquitur in hæc ver-
 ba: Et Romę quoq; extorris erat Macarius, hære-
 ticus à sancta synodo sexta designatus: Verum
 piæ memoracionis pater noster Benedictus, deli-
 berandi spatium per xxx. dies illi cõcessit & quo-
 dam tempore Bonifacium consiliarium ad eum
 misit, quo verbis admonitione plenis ex sacra
 scriptura illũ instrueret: verũ ad meliorem men-
 tem haud quaquam perduci potuit. Id autem pa-
 ter beatus ob id egit, quo rursus illũ in pristinũ
 statum reciperet. hæc ibi. habeturq; tomo. 3. cõci-
 liorũ Coloniensiss editionis an. MDLXVII. pag. 60.
 c. Si non, interrogent eum in quo se fundet, &
 videatur eius rationes, & c. & soluantur sibi, &c. Num. 201.
 Hunc locum & consilium saluberrimum diligen-
 dis

dis heretici impoenitentis rationibus, & cōtraria
 per uate ei ostendenda, ut tandem conuertatur de-
 sumptisse mihi videtur valde prudēter Eymericus
 ex extr. uag. anti Ioannis XXI. incip. Vas electio
 nis. uelata supra par. 2. ubi summus Pontifex, ad
 conuertēdū Ioannē de Poliacō simili methodo u-
 sus est, is uero Poliacus itelleſta ueritate respicit.
 Si autem conuerti noluerit, non festinetur,
 nec in x tradatur brachio ſeculari, etiam poſito
 quōd ipſe petat, &c.) Obſeruanda eſt penitus hoc
 conſilium. eſt autem hæc uſitata hereticorum im-
 pœnitentium infamia, et grauiſſima miſeria, qui cū
 a diabolo decepti pro ipſo moriantur, tamen Chri-
 ſti martyres ſe eſſe dicunt, ac uelut tales coli, &
 adorari cupiunt: hæc enim uia ſe ſaltem in hoc ſe-
 culo credunt fore immortales. quod non eſt recens
 noſtrum inuentum. nam & hoc iam olim fieri ab
 ipſis eſt conſuetū, ut colligitur ex beato Cypriano
 in libro de uitate in Eccleſia in hæc uerba: Quā
 ſibi pacem promittunt inimici fratrum? qua ſa-
 crificia celebrare ſe credūt. anuli ſacerdotum?
 An ſecum eſſe Chriſtum, cum collecti fuerint
 opinantur, qui extra Chriſti Eccleſiam colligū-
 tur? Tales etiam ſi occuſi fuerint in confeſſione
 nominis, macula iſta nec ſanguine abluitur; in-
 expiabilis & grauis culpa diſcordiæ, nec paſſio-
 ne purgatur: eſſe martyr nō poteſt, qui in Eccle-
 ſia non eſt. hæc ille & paulo poſt ſubdit ita: Cum
 Deo manere nō poſſūt, qui eſſe in Eccleſia Dei
 unanimes noluerūt. Ardeat licet ſtammis, & igni
 bus traditi, uel obiecti beſtijs, animas ſuas ponāt:
 nō erit illa fidei corona, ſed pœna perfidiæ, nec
 religioſæ uirtutis exitus glorioſus, ſed deſperato
 nis interitus. occidi talis poteſt, coronari non po-
 teſt. hæc uero Cyprianus. hanc ergo martirij laudē
 affectant ſæpe heretici, & uelut tales coli deſide-
 rant; & propterea ne id fiat ſub anathematis pœ-
 na grauius interdicitur eſt in concilio Laodiceno
 can. 34. in hæc uerba. Quōd non oportet omnem
 Chriſtianū Chriſti martyres relinquere, & ad
 falſos martyres hoc eſt, hæreticos abire. hi enim
 ſunt à Deo alieni, ſunt ergo anathema qui ad
 eos abeunt. hæc uero ibi.

e Et facta abiuratione, quia illa conuerſio, &
 abiuratio præſumitur eſſe facta plus metu mor-
 tis, quā amore ueritatis, iſte eſt perpetuo immu-
 randus.) Deſumptum uidetur ex concilio Tholoſa-
 no c. 10. ubi ita ſcriptum eſt: Hæretici autem qui
 timore mortis, uel alia quacunq; cauſa, dum-
 modo non ſponte redierint ad catholicam uita-
 tem, ad agendam pœnitentiam per epiſcopū lo-
 cis in muro cum tali includantur cautela, q̄ ſa-
 cultatem non habeat alios cōrumpedi. hæc ibi.

Sententia uero huius concilij talis eſt: Qui ual-
 de difficulter, & poſt multas admonitiones, et ma-
 gnum temporis ſpatium conuertitur, in carcere per-
 petuo ſunt recludēdi, quia non omnino ſponte & uo-
 luntarie conuerti uidentur, & propterea non ſunt
 liberi dimittendi, ne ſi ſicte fuerint conuerſi, quod
 eſt facile præſumendum, alios cōrumpere poſſint.

Aque in hunc ſenſum intelligere quoque oportet
 hic textū in l. commiſſis. §. 2. Federici Imperatoris
 relatum in bullario litterarum Apoſtolicarum, in

A ſine huius operis. ubi ita ſcriptum exeat: Si qui uero de prædictis poſtquā fuerint deprehenſi, ter-
 ritū metu mortis redire uoluerint ad fidei uita-
 tem, iuxta canonicas ſanctiones, ad agendū pœ-
 nitentiā in perpetuum carcerē detrudāt. hæc
 ibi. Et eodem modo uidetur accipiendus textus in
 c. excommunicamus. el. 2. §. ſi qui autem. de hæret.
 ſed uide Simancam de catb. inſtitu. titu. 47. nu. 27.
 & ſequen.

Nec modo hi qui ualde difficulter ab heresi con-
 uertuntur, in perpetuum ſunt carcerem detrudendi,
 B uerum etiam & alij quidam, quorum inſignia ſunt
 delicta in cauſa ſidei commiſſa, quos ſingillatim enu-
 merat concilium Narbonenſe paucis poſt Tholoſa-
 num annis celebratum. cap. 9. in hæc uerba: De hæ-
 reticis autem ſeu credētib; præfata immunitate,
 quia ueritatem de ſe, uel de alijs ſuppreſſe-
 runt, uel quia infra tempus indulgentiæ non ue-
 nerunt, ſeu aliās indignis, paratis tamen abſolu-
 tē mandatis Eccleſiæ obedire, & recognoscere
 quā uel ſuppreſſerant, uel negauerant, ueritatē;
 quamuis tales procul dubio ſint ſecundum ſta-
 tuta domini Papæ, in perpetuo carcere detrudē-
 di: quia tamen intelleximus uos de his tantam in
 pluribus partibus multitudinē inueniſſe, ut ne-
 dum expenſæ, ſed uix etiam lapides, aut cæmen-
 ta ſufficere poſſint ad carceres conſtituēdos; cō-
 ſulimus ut eorum immurationes, ubi expedire
 uidebitur, differatis: donec ipſe dominus Papa
 de illorum multitudine plenius ſit conſultus: ni-
 ſi forte aliqui eſſent tam facinoroſi, ut de ipſo-
 rum impœnitentiā, uel fuga uel relapſu, uel
 corruptione, ſeu turbatione aliorum nimium
 timeretur; tales enim ſine uſa proſuſ dilatio-
 ne firmo & perpetuo carceri deputent. hæc
 uero ibi. Qui ergo prædictis modis deliquerint, per-
 petuo ſunt immurandi, ubi nulla ratiū fuerit mul-
 tudo, ob quam ſit rigori detrahendum, cum ceſſante
 tunc cauſa, effectus ceſſare debeat. l. adigere. §.
 quamuis. ff. de iure patronatus. c. cum ceſſauit, d. c.
 appellatio.

Iam ex his duobus conciliorum decretis aperte
 colliges, eandem proſuſ eſſe pœnam immurationis
 & carceris perpetui, contra quam quidam huius an-
 tiquitatis ignari cenſeant.

Quamquā uero hodie aut rarus, aut nullus an-
 tiquæ immurationis, ſeu carceris perpetui uſus reli-
 ctus eſſe uideatur: nā, ut ait Auctor repertorij In-
 quiſitorum uerbo carcer. §. item nota, quōd loco car-
 ceris perpetui, hunc Epifcopi & Inquiſitores poſ-
 ſunt commutare in detriſtionē in monaſterium, &
 & ſæpe faciunt: quia tamen ex cauſa poteſt optime
 uſurpari, præſertim his turbulentis temporibus, qui
 bus nihil nō audent heretici; operæ pretium erit re-
 ſerere ex concilio Biterrenſi, quo ritu, quibusque ſer-
 uatis immuratio fieret, ſeu perpetua cœrceratio. ibi
 ergo. c. 23. 24. & 25. ita ſcriptum eſt.

Curetis tamen, ut talibus immutandis fiat iux-
 ta ſedis Apoſtolicę ordinationem, ſeparate & oc-
 culte camarulę, ſicut fieri poterit in ſingulis ciui-
 tatibus diſceſſum corruptarū, ut alterutrū uel ſe
 uel alios petuerere queat; & eos enormis rigor
 carcerū nō extinguat: quos ab illis, q̄ bona eorū

Qui grauius
 delinquit cō-
 tra fidem im-
 murandi, &
 qui ſine illi.

Qui ritus an-
 tiquæ immu-
 rationis, ſeu per-
 petui carceris

Cap. 23.



tenuerint, fieri, & in necessarijs prouideri faciat
eisdem secundum statuta concilij Tholosani.

Hæc autem perpetui carceris pœna, seu peni-
tentia nulli ab initio de præfatis culpabilibus re-
mittatur, aut in aliam commutetur: nisi vel here-
ticos redderet, vel propter eius absentiam euides
mortis periculum eius liberis, vel parentibus im-
mineret: vel propter aliam causam, quæ multum
iusta, & rationabilis videretur.

Sit autem liber accessus uxori ad virum immu-
ratum, & de conuerso, ne cohabitatio denegerur
eisdem, siue ambo immurati fuerint, siue alter
hactenus ibi.

Quod vero dicitur hoc concilium in c. 23. vt immu-
ratis prouideatur secundum statuta concilij Tholosani,
in dicto concilio Tholosano c. 10. in fine ita can-
netur: Quibus (scilicet immuratis) ab illis qui bo-
na eorum tenuerunt, prouideatur in necessarijs
secundum dispositionem prælati. Si vero bona
non habuerint, eis prouideatur per prælatum. hæc
ibi. de eisdem eadē sermone traduntur in concilio Nar-
bonensi c. 4.

Præterea, quæ de difficultate dispensandi in car-
cere perpetuo tradidit concilium Bituricense c. 24. lu-
culentius expressit concilium Narbonense postea,
vt mihi fit verisimile celebratum c. 19. in hac ver-
ba. Circa incarcerandos etiam duximus hoc addē-
dum, vt a carcere nec vir propter uxorem, licet
iuuenem, nec vxor propter virum, nec quic-
quam propter liberos seu parētes, seu aliter ne-
cessarios, aut propter debilitatem vel senium, vel
aliam similem causam excusetur absque indul-
gentia sedis Apostolicæ speciali. hæc ibi.

Hæc omnia ex causa diligentissime mihi videtur
custodienda suo tempore, & loco, licet alicubi in v-
su non sint, quia fortassis temporum iniuria diu la-
tuerunt. sed de dispensatione in carcere perpetuo di-
cam infra in hac parte super q. 96.

Cætera omnia, quæ cum intrusis in carcerem per-
petuum obseruari debent, consulo hic omitto, cum
non sit proprius locus: de illis agam infra, super q.
59. vbi videas.

Clericus immutandus de-
gradetur pri-
f Et consequenter primitus a suis ordinibus
degradandus iuxta c. quoniam. de heret. lib. 6.]
Olim valde fuit dubitatum in principio delegata In-
quisitionis constituta: An sacerdos, qui ob crimen
heresis erat detrudendus in perpetuum carcerem, iux-
ta prædictum ritum, prius foret a suis ordinibus a-
ctualiter degradandus; verum tamen hanc dubita-
tionem sustulit Urbanus VIII. rescripto incipiente:
Consultus. §. questionem vero. relato supra par. 2.
vbi ita scriptum est: Questionem vero, quæ quaeritur
vtrum constitutus in sacris deprehensus in here-
si, & propter hoc immurandus perpetuo, prius
sit ab ordinibus a tuo Episcopo degradandus, an-
tequam tradatur huiusmodi pœnitentiæ: respon-
demus, quod talis qui est perpetuo immurandus,
prius debet a suis ordinibus degradari. hæc ibi.

Ne quis autem putet hæc accipienda esse de ver-
bali degradatione, hoc est, de suspensione ab ordinum
executione, non autem de degradatione reali & ac-
tualiter, cum talis non tradatur curiæ seculari, sed so-
lum carceri perpetuo; propterea valde prudenter Ey-

A moriens ad tollendam hanc dubitationem ait, ab of-
ficio & beneficio esse deponendum: quod est verba-
liter degradare: item ab ordine esse degradandum,
aufere sibi ea quæ sunt officij, quod est proprie
actualiter degradare, ut patet ex cap. degradatio,
de pœnis li. 6. et hanc sententiam videtur profiteri
Paulus Grillandus tract. de heret. quest. 7. & Al-
bertinus in cap. quoniam. de heret. li. 6. in principio
nu. 75. & Campegius apud Zanchinum c. 20. ver-
obserua denique.

Quod si quis quaerat, cur perpetuo immurandus
degradari debeat: respondebo propterea fortassis, ita
constitutum fuisse: quoniam talis immuratio perpe-
tua morti equiparatur, vt ait Innocentius in cap.
qualiter, & quando, et secundo. de accusatio. quem
refert, & sequitur Auctor repertorij Inquisitionis,
verbo, carcer. §. quod duplex sit carcer: et Philippus
Francus in rubrica de testamen. li. 6. nu. 27. vers.
decimo prohibetur testari. vbi citat Bartolū in eadē
sententiam in l. 2. ff. de publi. iudic. atque hæc
opinionem summo iure veram esse credo, licet con-
suetudo aliud nunc communiter obseruet, vt mox
dicam.

De eo vero qui in perpetuum ad trirētes dam-
natur, questio scio, an debeat actualiter degrada-
ri. sed verisimum mihi videtur actualiter degrada-
tum fore, cum par sit vbiq; & penitus similis ra-
tio; & propterea idem erit statuendum. l. illud. ff.
ad legem Aquiliam. quam sententiam Campegius
quoque asserit. Apud Zanchinum ca. 20. c. ca. sine
vers. obserua denique.

Tametsi vero hæc de iure vera sint, nihilominus
tamen cum regulariter dispensari solet cum illis,
qui vel in perpetuum carcerem, vel in perpetuum ad
trirētes condemnantur; ideo non solent condemnari
di ad has pœnas actualiter degradari: sed solū ver-
baliter: quod benignitas huius tribunalis laudabili-
ter introduxit. Sed quot annos solet hæc pœna re-
mitti, alibi dixi copiose.

g Forma tradendi hæreticum pertinacem aliis
non relaplum curiæ seculari,] Hæc forma vsta-
ta est, & probata viris doctis: consimilem habes
apud Zanchi. c. 41. verum si aliam cupis, accipito
illam, quæ concilium Constantinense sessione 15. To-
nem Huss velut hæreticum pertinacem, et hæresiar-
cham damnat, & curiæ seculari prius degradatum
tradendum decernit: in qua multa licet animadu-
tere notatu dignissima in hac causa: sed illud est præ-
cipuum, quod vanam eius appellationem reiecit, aper-
tissime indicans, eam in hoc tribunali non recipi a
sententia definitiva vt alibi plenius diximus.

h Crederem de misericordia posse recipi, & c.
E Sed tutius est, vt in nullo modo recipiatur, etiam si
miles promittat veram conuersionem, tum quia
vt optime scribit hic Emericus, nullo iure id vide-
tur tantum; tum quonia experientia docuit, hos ita
receptos, raro bonos euasisse: ergo nullo modo reci-
piantur, vt dixi supra par. 2. super quest. 11. §. post
quæ traditus. & quod hic dicit auctor, repetit etiā
paulo post in duodecimo modo terminandi proces-
sum fidei, in fine.

A c tales quidem nullo pacto esse recipiendos ex
multis probare conedit Arnaldus Albertinus in
repeti-

repetitione, & quoniam, de heret. lib. 6. quæst. 12. circa finem, numero 16. vers. sexto, & septimo casu. cuius sententia ob eandem rationes, quibus ille videtur, & ob eas, quas proxime retuli, libenter sub seribo.

De undecimo modo terminandi processum fidei per condemnationem heretici impenitentis ac relapsi.

Undecimus modus processum fidei terminandi & finiendi est, quando delatus hæretica prauitate processus meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum, reperitur confessus hæresim ac impenitens, & relapsus: & hoc est quando ipse delatus ore proprio confiteatur iudicialiter, talia, & talia se credere, coram Episcopo, & Inquisitore. quæ tamē sunt hæreticalia manifeste: & licet informetur per Episcopum, & Inquisitorem, quæ illa sunt hereticalia, non vult eis credere, immo coram eis illa defendit esse catholica, nec ad mandatum eorum vult ea abiurare: sed persistit in eis contumaciter, & pertinaciter, animo indurato, & reperitur legitime, & aliàs vt deprehensus in heresi, vel vt suspectus vehementer, omnē vel illa hæresim abiurauit secus sit vt suspectus leuiter abiurasset: et iste talis est veraciter impenitens hæreticus, & relapsus.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis enim (quia in omni casu, poeniteat vel non poeniteat, tradendus seu relinquendus est brachio seculari vt relapsus) teneatur in duro carcere atque tuto in firmis compedibus, & catena, ne possit euadere, & alios in faciat: nullus ad eum ingrediat nisi custodes, qui sint viri probi, & de fide non suspecti, & qui à relapso non possunt trahi facilliter in errorem. Episcopus, & Inquisitor eū sibi faciant frequentius præsentari, & exerceant vires ad eundem à suis hæresibus conuertendam, nunc inducendo auctoritates sacre scripturæ, nunc determinationem Ecclesiæ, nunc solvendo relapsi rationes, & enervando sui erroris fundamenta; nunc mittendo sibi viros literatos, & religiosos, seu clericos, ac laicos, qui faciant illud idē, loquendo illi nunc coniunctim, nunc diuisim. Quod si conuertatur, diuina gratia peragente, nihilominus est informandus per aliquos probos viros, præsertim religiosos eidem non ingratos, ex parte Episcopi, & Inquisitoris missos, quod non potest mortem euadere temporalem, & ideo quod disponat de salute animæ, & confiteatur, & accipiat Eucharistiæ sacramenta: quæ sacramenta, si humiliter petat, non sunt ei deneganda, iuxta e. Super eo. de hære. li. 6. Poeniteat autem, vel non poeniteat, con gruo tempore expectatus (vt dictū est) vt vere relapsus tradendus est curiæ seculari. Perceptis igitur sacramētis si poeniteat, vel nō: si non poeniteat, & competenti tempore expectatus, Episcopus, & Inquisitor disponēt se ad relinquendum eundem potestati curiæ secularis, &

A mandabunt per cedula, seu nuntium Balliuo, seu potestati, quæ tali die, & tali hora, sit cū sua familia in tali platea, seu loco extra ecclesiā (vt dictū est) & tradent sibi quendam relapsum, & nihilominus quæ faciat publice præconizari in vicis illis, seu locis, in quibus consueuerunt fieri aliæ præconizationes, indicādo omnibus ex parte Episcopi, & Inquisitoris, quod tali die, & hora sint omnes in tali loco, quia ibi Inquisitor faciet sermonē pro fide, tradendo quēdam relapsum curiæ seculari, & habebunt indulgentiam cōsuetam. Adueniente autem die, & hora præfixis, Episcopus, & Inquisitor erunt ibi, & tradendus stabit ibi in alto, vt ab omnibus videantur, circumdantibus eum ministris, præsentē populo, atque clero, ac Potestate curiæ secularis.

B Quod si tradendus sit in sacris ordinibus constitutus, vel cuiusquam ordinis, seu religionis obumbratione fuscatus, stabit dispositus, et indutus, ac si deberet in suo ordine ministrare. Quibus sic dispositus inquisitor faciet ibi sermonem pro fide, derestādo hæreses, pro quibus relapsus ille est tradendus, & factō sermone, Episcopus in pontificalibus indutus, ac assistentibus sibi suæ diocesis prælatis, viris religiosis, & ac in iure peritis, iuxta e. Quoniam. de heret. li. 6. degradabit eū secundum quod de iure, & consuetudine est factū, auferendo ea, quæ sunt officij sui, incipiendo ab ordine vltimo vsque ad primum, vt dō aliquibus verbis cōtrarijs illis, quibus in collatione ordinum Episcopi vt consueuerunt: quæ degradatione expleta, poeniteat, vel nō poeniteat, relinquendus est brachio seculari: sed si poeniteat, vt hæreticus poenitens: sed relapsus, per modum quo agitur supra in nono modo processum fidei terminandi, vbi agitur de talibus: si non poeniteat, vt hæreticus impenitens, & relapsus: & hoc per formam tenoris sequentis.

Forma relinquendi, seu tradendi impenitentem hæreticum, & relapsum brachio seculari.

Nos N. misericordie diuina Episcopus talis civitatis, & frater N. ordinis Prædicatorum Inquisitor hæreticæ prauitatis, in terris talis domini, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

E ATTENDENTES, quod tu talis de tali loco, talis diocesis, fuisti nobis, seu talibus præcessoribus nostris delatus de multiplici hæretica prauitate, explicatur, in quibus, vt legitime est compertū, fuisti confessione propria ac iudicialiter, & fide dignis testibus, deprehensus, & quod in illis persisteas tanto tpe animo indurato, dicatur prout fuisti, sed post sano consilio in hærendo, illas hæreses publice abiurasti in tali loco in forma Ecclesiæ cōsuetæ: pp̄ quæ prædicti Episcopus, & Inquisitor, credentes te veraciter resiliisse ab erroribus, antefatis, & ad gremium Ecclesiæ credendo catholice aduolasse, tibi absolutionis beneficium imparterunt,

ti tēpore ex peccatus Episcopus, & Inquisitor disponēt se, &c.

† appellatio ne harū personarum, qui continentur copiose docet Alberrius in repetitione c. 1. de hære. lib. 6. q. 1. & seq.

runt, absolventes te ab excommunicationis sententia, qua adstrictus in antea tenebaris, si tamē de corde vero, & fide non ficta conuersus existeres ad sanctā Ecclesiā vnitatem, tibi que salutārē penitentiam iniungeres, ad misericordiam receperunt, quia Ecclesiā sanctā Dei non claudit gremium reuertenti. Verum post omnia antedicta, fuisti nobis delatus (quod dilplicenter accepi mus) quōd interim incideras in damnatas hereses per te publice in antea abiuratas, seu talia, & talia commisisti contra abiurationem prelibatā, in tuā animę detrimentum, *explicentur*, Nosque quamquam displicentia sauciati, quōd de te talia audissemus: nihilominus iustitia nos cogēte, descendimus ad inquirendum, testes examinandū, teque vocandum, & interrogandū, (vt decebat) medio iuramento, & ad faciendum omnia, & singula, quę per nos fienda erant secundū canonica instituta. Sane cum vellemus præsētem causam sine debito terminare, solemne tam peritorū in theologię facultate, quā in iure canonico, & ciuili consilium fecimus congregari, & habito cū predictis in & super omnibus, & singuli in præsenti causa productis, deductis, actis, & actitatis consilio maturo pariter, & digesto, ac etiam replicato, visisque ac diligenter inspectis processus meriti huius causę, ac omnibus æquali lance libratiss, prout ius, & iustitia suadebant, reperiimus legitime tam per testes dignos fide, quā per tuam confessionē propriam pluries per nos iudicialiter receptam, te incidisse ac recidisse in hereses abiuratas: Nam reperimus; quod talia dixisti, & egesti, *explicentur omnia*, propter quę, & merito de predictorum consilio te habemus tuis exigentibus excessibus pro relapso secundum canonicas sanctiones; quod dolenter referimus, & ferendo dolemus, nouit ille qui nihil ignorat, qui cordium intima omnium inuētur. Et cū totis nostris precordiis cuperemus, prout adhuc cupimus, reducere te ad sanctę Ecclesię vnitatem, ac enervare a tuis viscerib. præfatam hæreticam prauitatem, vt sic saluares tuā animam, ac mortem euaderes corporis, & animę gehēnalē, conatus nostros exercuimus ad te salubriter cōuertendū, modos cōgruos varios adhibētes; sed tu ī reprobū sensum datus, maligno spiritu ductus pariter & seductus, prælegisti torqueri diris, & perpetuis cruciatibus in infernū, & hic temporalibus ignibus corporaliter cōsumari, quā adhaerendo consilio saniori, ab erroribus damnabilibus ac pestiferis resiliire, & ad gremium ac misericordiam sanctę matris Ecclesię aduolare. Ea propter cum ecclesiā Dei ultra non habeat erga te quid faciat, eum ad te cōuertēdū totum exercuerit posse suum. Nos Episcopus, & Inquisitor iudices in hac causa fidei memorati, sedentes pro tribunali more iudicū iudicantiū, sacrosanctis Euāgelis positis corā nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videāt æquitatem, & præ oculis habentes solum Deū, & honorē sanctę fidei orthodoxę hac die, hora, & loco, ad audiendam sententiā diffinitiuā tibi in antea assignatis, te talem in præsentiā cōstitutū sententia liter condēnamus,

& condēnando iudicauimus, te esse veraciter impenitentem hæreticum, & relapsū, & vt talem realiter, tradendum seu relinquendum brachio seculari, & sicut vere hæreticum impenitentem pariter & relapsū per hanc nostram sententiam diffinitiuam de foro nostro ecclesiastico te proiecimus, & tradimus seu relinquimus brachio seculari, ac potestati curię secularis: de precantes efficaciter curiam facularem predictam, quōd citra sanguinis effusionem, & mortis, periculum, erga te sententiam suam modere tur. I. ata fuit hæc sententia, & cat.

B Et tunc Inquisitor conferet omnibus, qui predictis sermoni, & sententię interfuerint, quadraginta dierum indulgentiam consuetam, ac intimet, qđ omnes qui dederunt consilium, auxilium, vel fauorem, qđ predictum factum fidei sine debito terminaretur, habent tres annos de indulgentia ex parte domini nostri Papa.

Et dum curia secularis suum officium exequatur, poterunt ipsum relapsū associare aliqui pro bi viri, fidei zelatores, qui eum informare nõ desistant, a conatum suum exerceant, vt conuertatur ad fidē catholicā, ac resiliat ab erroribus suis.

C Resiliat autē vel non resiliat, Ecclesiā tamen eum ad suum forum deinceps non admittet, erederem tamen, quōd si tunc ad fidem catholicam conuerteretur, adhuc sacramenta Penitentię, & Eucharistię non essent ei petenti humiliter deneganda, iuxta c. Super eo, de hæret. li. 6. non autem esset aliter ad misericordiam ab Ecclesiā admittendus.

COMMENT. XLVII.

I hoc modo nihil fere occurrit notatu dignum, aut difficile, quod in alijs modis non sit copiose explicatum. Eum nihilominus referunt Locatus in opere iudiciali in fine, in forma sententię contra impenitentem, & relapsū, & Iacobus Sprengelinus in Malleo maleficarum par. 3. quęst. 30. & Reperitorum Inquisitorum verbo, sententię. S. sequitur sententię eiusdem etiam meminit Syluester lib. 3. de Strigibus c. 4. puncto. 13.

D Iam hic modus eadem ratione absoluitur, quā non fuit tractatus, in quo actum est de praxi tradendi seu relinquendi relapsū curię seculari.

Quantum vero ad formam ferendi sententię contra impenitentem, & relapsū attinet, eam possimus accipere ex concilio Constantiensi sess. 21. ubi condēnatus fuit Hieronymus de Praga, qui relapsus extiterat, & impenitens, in hæc verba.

E Tenor sententię diffinitiuę late contra Hieronymum de Praga.

In nomine Domini, Amen. CHRISTVS Deus, & Saluator noster vitis matura, & cuius pariter agricola est, discipulos, ceterosq; fideles suos in illis insititens, inquit: Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefect. Cuius summi doctoris, & magistri doctrinā, sequens & pcepta exequens hæc sancta Constantiēsis Synodus in causa Inquisitionis hæreticę prauitatis p-

eadem sanctam Synodum mota, fama publica referere, et clamorosa insinuatione demonstrare, contra magistrum Hieronymum dictum de Praga, dictum magistrum in artibus, laicum, ex cuius causa actus & processibus constat, eundem Hieronymum tenuisse, asseruisse, & dogmatizasse non nullos articulos hereticos & erroneos, dudum à sanctis Patribus reprobatos, quosdam vero blasphemos, & alios scandalosos, & alios piarum aurium offensivos, temerarios & leditiosos, dudum per datam memorie viros Ioannem Vvicleff, & Ioannem Huls assertos, predicatos & dogmatizatos, ac in nonnullis eorum libris & opusculis insertos. Quique doctrina & libri predictorum Ioannis Vvicleff, & Ioannis Huls, ac Vvicleff memoria, dictique Ioannis Huls persona, per eadem sanctam Synodum & eius sententiam de heresi damnati & damnatae fuerunt. Quamque damnationis sententiam idem Hieronymus postmodum, pendente huiusmodi Inquisitionis causa, in eadem sancta Synodo cognoscens & profitens veram, Catholicam & Apostolicam fidem approbavit, & eidem consentit, anathematizavitque; omnem heresim, precipue eam de qua erat infamatus, & se confitebatur infamatus, & quam prateritis temporibus dogmatizauerunt & tenuerunt Ioannes Vvicleff & Ioannes Huls in suis opusculis, sermonibus, & libellis, & propter quam seu quas cum suis dogmatibus erroribus ab eadem sancta Synodo damnati fuerunt tanquam heretici, & eorum doctrina si milititer damnata, praemissorumque omnium damnationem professus, & iuravit se in hac fidei veritate permanens. Et si ipse quicquam contra sentire, vel predicare praesumpserint, canonum severitati subiaceret, & aeterna poena voluit obligari. Necnon suam professionem manu sua conscriptam, eidem sanctae Synodo obtulit, atque dedit. Post quas professionem & abiurationem multis diebus transactis, sicut canis ad vomitum rediens, ut virus pestilentissimum, quod in suo latitabat peccatore, publice evomeret, audientiam publicam sibi dari in eadem sancta Synodo postulavit. Qua sibi concessa, coram eadem Synodo publice cogitata asseruit, dixit, & professus est in effectu, quod praefate sententiae damnationis dictorum Ioannis Vvicleff, & Ioannis Huls inique consenserat, & illam sententiam approbando mentitus fuit: Nec verebatur se confiteri mendacium, quin imò confessionem approbationem & professionem suas super illorum damnatione reuocabat nunc & in eternum, asserens, se in libris Ioannis Vvicleff, & Ioannis Huls nullam unquam heresim vel errorem legisse, licet ante fuerit confessus, & probatum sit eundem, ipsum libris eorum diligenter studuisse, legisse, & dogmatizasse, & in quibus constat plures errores & haereses contineri. Unde idem Hieronymus de sacramento altaris & transubstantiatione panis in corpus professus est, se tenere & credere quod Ecclesia tenet, dicens se plus credere Augustino & ceteris Ecclesiae doctoribus, quam Ioanni Vvicleff, & Ioanni Huls. Constat insuper ex praemissis, eundem Hieronymum praedictis Vvicleff & Huls damnatis, & eorum erroribus adherere, illorumque fautores fuisse &

A esse, propter quae eadem sancta Synodus eundem Hieronymum palmitem putridum, aridum, in vite non manentem, foras mittendum decernit, ipsumque hereticum, & in haeresim relapsum, excommunicatum, anathematizatum pronunciat, & declarat, atque damnat. *haecenus ibi.*
Num. 291.
Hac formula mutatis mutandis, paucis additis, & detractis deservire poterit ad ferendam sententiam contra impenitentes relapsos.
Nemo vero miretur, cur non sit in hac sententia nominatum dictum sancta Synodus decernit praedictum Hieronymum de Praga tanquam impenitentem & relapsum iuxta canonicas sanctiones relinquendum esse curiae seculari, quoniam satis id non obscure continetur sub illis verbis: foras mittendum decernit, ipsumque hereticum, & in haeresim relapsum, excommunicatum, anathematizatum pronunciat, & declarat, atque damnat. Ex quibus patet intelligitur, eos qui tales esse declarantur, iuxta legum sanctiones per seculares magistratus esse plectendos.

De duodecimo modo terminandi processum fidei per condemnationem convicti de heresi, et persistentis in negatiua.

Duodecimus modus processum fidei terminandi & finiendi est, quando delatus de heretica prauitate, processus meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum, reperitur in heresi deprehensus facti euentia, seu testium productione legitima, non tamen confessione propria: et hoc est, quando ipse delatus conuincitur legitime de aliqua heretica prauitate, vel facti euentia, utpote, quia heresim publice praedicauit, vel per testes legitimos, contra quos excipere delatus legitime non potuit; tamen ipse sic conuictus & deprehensus, persistit firmiter in negatiua, & consistit constanter catholicae sanctam fidem.
 Iste talis quam diu sic persistit in negatiua, hereticus impenitens est censendus, iuxta notata per Hostien. in summa. tit. de haeret. §. Quia licet quis in haeresi deprehendatur, ut patuit supra, par. 2. q. 34.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis du ro carcere est tenendus in compedibus & catenis: frequenter ab Episcopo & Inquisitore coniunctim & diuisim, & per se, & per alios est efficaciter admonendus, quod eis detegat veritatem, indicando ei, quod si faciat et confiteatur errorem suum, quod ad misericordiam admittetur, abiturado primitus illam hereticam prauitatem: si autem noluerit, & steterit in negatiua, quod ad finem relinquatur brachio seculari, et mortem non poterit euadere temporalem.

Quod si diutius informatus et expectatus, steterit in negatiua, Episcopus et Inquisitor modo coniunctim, modo diuisim, nunc per se, nunc per alios

Negans crimen, de quo est conuictus, censetur impenitens.

alios probos viros trahant ad se modo vnum testem, modo alium informando eum, quod attendat quid deposuit, & si dixerit verum vel non: quia si non, damnat se ipsum aternaliter, & aliu temporaliter; & quod non vereatur saltem secreta eis dicere, ne ille delatus moriatur iniuste: & verba talia studeant dicere, vt clare videant si deponerunt veritatem, nec ne.

Quod si testes sic informati steterint in affirmatiua, & delatus in negatiua, nec ex hoc statim velint Episcopus & Inquisitor negotium per sententiam determinare, tradendo taliter deprehensum brachio seculari; sed diutius eum teneant, nunc inducendo deprehensum ad affirmatiuam, nunc testes, diuisim tamen, ad excutiendam bene conscientiam suam: & singulariter attendant Episcopus & Inquisitor ad illum testem, que viderint melius dispositum ad bonum, & qui videatur melioris conscientia: & circa illum instent diutius, si res ita se habuerit, vt deponit nec ne, eius conscientiam onerando.

De teste vacillante.

Et si viderint testem aliquem vacillare, vel alias habeant indicia contra eum, propter quae suspectus, quod falsitatem dixerit, merito habeatur, de bono consilio peritorum arrestent eum, & procedant vt iustitia suadebit. Compertum namq; est frequenter & frequentius, quod sic deprehensus testibus fide dignis, postquam in negatiua diu persistit ad cor reductus, praesertim veraciter informatus, quod non tradatur brachio seculari, sed ad misericordiam admittetur, si sua detegat prauitatem; & veritatem, quam diutius negauit, tunc libere confitetur. Et frequenter repertum est, quod testes malitia agitati, ac inimicitia supererati, se adiutricem colligarunt ad imponendam insoniti hereticam prauitatem; postea vero ad informationem frequentem Episcopi & Inquisitoris, remorsu conscientiae fatigati, reuocant quod dixerunt, & fatentur malitiose se illi imposuisse tantam labem, propter quod, talis & taliter deprehensus non est per sententiam festinandus, sed diutius, quia per vnum annum, vel plures expectandus, antequam sic tradatur curiae seculari.

Si talis tandem errorem suum fateatur abijcet, &c.

Quo expectato tempore competenti, & adhibita diligentia concedenti, si sic delatus ac legitime deprehensus recognouerit culpam suam, ac confessus fuerit iudicialiter se fuisse illaqueatum tanto tempore praefata haeretica prauitate & illa ac omnem haeresim non contempserit abiurare, & satisfactionem ad arbitrium Episcopi & Inquisitoris congruam exhibere, tanquam in haeresi deprehensus & propria confessione, & testium legitima productione, vt haeticus poenitens, abiurer omnem haeresim publice, per formati, de qua agitur in octauo modo supra posito processum fidei terminandi, vbi de talibus agitur.

Si vero sit confessus, quod incidit in haeresim, sed nec omnem, nec illam voluerit abiurare, sed steterit in illa animo pertinaci, relinquatur brachio seculari, & agatur circa illum per modum, de quo supra agitur in decimo modo processum fidei terminandi, vbi de talibus agitur.

Si autem ipse deprehensus steterit constanter

A in negatiua: sed ipsi testes resiliunt a sua affirmatiua, suum testimonium reuocando, ac culpam suam recognoscendo, quia insoniti tantam labem falso imposuerunt, rancore & odio agitati, proce seu precio seducti, ipso delato vt immune a iudicio relaxato, punietur ipsi vt falsi testes, acculantur seu deferentes, vt notat Paulus super c. Mul-torum, & ver. illos, in prin. de haeret. in cle. & ferretur sententia seu penitentia contra eos per formam tenoris sequentis.

Forma & puniendi ac condemnandi falsos testes, vel falso seu malitiose imponentes innocenti crimen haeretici prauitatis.

B N Os N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & Frater N. Inquisitor haeretica prauitatis in terris talis domini, a sancta sede Apostolica specialiter delegatus;

ATTENDENTES, quod tu talis de tali loco, talis dioecesis, veniens per te ipsum spontanea voluntate, alias non citatus nec vocatus, ac comparas personaliter coram nobis Inquisitore praedictis, seu Episcopo & Inquisitore praedictis in iudicio constitutus accusasti, seu denuntiasti, ac testificatus fuisti medio iuramento, quod talis, de tali loco, & talis dioecesis, talia dixit seu fecit contra sanctam fidem catholicam, ac in fauorem haeretice prauitatis, exprimantur illa: Nos merito praesumimus te non falso contra praedictum talē talia deposuisse, nec ex odio vel rancore, neque ex animo malignandi, sed zelo fidei orthodoxae, quātū prima facie apparebat: dictum talem vocari fecimus coram nobis, & in iudicio constitutum, iuratumque de dicenda veritate requisimus, quatenus de praedictis super facto haeresis quacumque; scire tā de se quā de alijs plenam & meram nobis diceret veritatem: quo constanter negate praedicta, & in negatiua diu & continue persistente, suspicantes eundem negare veritatem contra proprium iuramentum, eundem fecimus tanto tempore in carcere detineri: seu alias arrestari, credendo te & alios eundem nobis zelo fidei detulisse: Demū tā ex negatiua ipsius delati talis, (in qua persistit, & persistit medio iuramento, & multo tempore expectatus) quā ex quibusdā verisimilibus coniecturis merito suspicantes, quod tu malitiose & calumniose contra talem praedictum deponetes, eum inuolueret nixus fueris in crimine tā nefando; te citati, & ad nostram praesentiam adduci, ac praedictum talē coram nobis fecimus confrontari: & eū praedictus talis delatus in negatiua persistit, & tu in affirmatiua; & vterque medio iuramento, te iurimus detineri donec de praedictis (prout nos decuit) fuisset plenius informati; & copertis talibus & talibus, exprimantur, te de carcere educi fecimus, & coram nobis in iudicio constitutum iuratumque, iterum monuimus & requisimus canonice, quod nobis aperires & diceres an eas, quae contra talem praedictum deposueras, continerent in aliquo veritatem: tu vero ductus consilio saniorum,

tuque

fi, tua malitiâ conscius, & ad cor rediens, constitutus in iudicio coram nobis sponte & libere recognouisti, quod omnia & singula quæ deposueras contra eum, non fidei zelo, nec veritatis amore hoc feceras, sed potius typo malitiæ & rancoris, & litore iracundiæ, & odio cõcatus, & quod talia, quæ deposueras contra eum, non continebant in aliquo veritatem, sed simpliciter erant falsa, petes tu humiliter pro præmissis tibi misereri, ac tibi iniungi pœnitentiã salutarem: Nos igitur Episcopus & Inquisitor præfati, penfatis præmissis ac circumstantijs alijs, quibus motus animus noster & cuiuslibet iudicis potuit merito informari; certiores effecti quod veritatem, quæ sola in negotio fidei queritur, denigrasti, sinceritatem sancti officij inquisitionis corrupisti, & nos tuos iudices deluisti, in præiudicium fidei orthodoxe, & in scâdalum ac graue periculum prædicti talis in nocentis, quem in tam detestabili crimine malitiose & fraudulenter inuolueris nitebaris, falsam ferendo testimonium in iudicio coram nobis: Ea propter ne (sicut nec dicitur nec expedit) tale & tam graue crimen remaneat impunitum, & vt tui pena transeat ceteris in exemplum, & alij a cõsimilibus arceantur, sedentes pro tribunali more iudicij iudicatum, sacro sanctis Euangelijs positus coram nobis, vt de vultu Dei omne iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatem habentemque præ oculis solum Deum, de multorum peritorum in theologia facultate, & in iure canonico & ciuili, maturo consilio pariter & digesto, te talem in causa fidei falsum testem, seu delatorem ad carcerem perpetuum talem, in his scriptis per nostram diffinitiuam sententiam cõdemnamus: in quo sub vinculis ferreis in pane doloris & aqua angustia, quamdiu vixeris, agas pœnitentiã de præmissis, solam vitam tibi de misericordia relinquentes; & nihilominus quod statim ponaris & eleueris in scala, in tali porta humus ecclesiæ, in qua stes ligatis manibus, & capite discooperto, & in camisia spoliatus, vsque ad horam prandij, & modo cõsimili tali die Dominica in porta talis ecclesiæ, & tali in tali, &c. *maneat alio, vt visum fuerit, & culpa maior vel minor exegerit delinquentis*: Reseruantes nobis ex certa scientia & expresse, quatenus dictam pœnitentiã libere valeamus mitigare, relaxare, aggravare, & mutare, si, & quãdo, & toties, quoties nobis visum fuerit faciendum. Lata fuit hæc sententia, &c.

Si autem taliter deprehensus, per annũ seu plus, vel alio maiori congruo tempore expectatus perstitit in negatiua continue, & testes legitimi in affirmatiua; disponat se Episcopus & Inquisitor ad relinquendum eundem brachio seculari, mittendo eidem aliquos probos viros fidei zelatores, & præsertim religiosos eidem non ingratos, sed familiares & gratos, qui sibi indicent, quod mortem non potest euadere corporalem, dum statim negatiua, sed tradetur tali die vt hæreticus impunitus brachio seculari: & nihilominus Episcopus & Inquisitor, mittant balliuũ, seu potestati iuræ secularis, quatenus tali die & hora ac loco, extra

A ecclesiam tamen, veniat cum familia sua ad recipiendum quendam hæreticum impenitentem, quem tradent ei; & etiam quod faciat publice præconizari in locis illis, in quibus præconizationes aliæ fieri consueuerunt, quod omnes sint tali die & hora in tali loco ad audiendum sermonem quem Inquisitor faciet de fide, & tradent Episcopus & Inquisitor quendam hæreticum pertinacẽ brachio seculari.

B Adueniente autem die prædicta ad ferendam sententiã assignata, erunt Episcopus & Inquisitor in loco prædicto, ipso tradendo ibidem existente in alto, & clero & populo congregato, vt eminenter ob omnibus videatur: ac præfente Potestate curia secularis, stante ipso tradendo, si fuerit in sacris ordinibus cõstitutus, vel cuiuscũque religionis seu ordinis obumbratione fuscatus, induto, ac disposito ac si deberet in suo ordine ministrare. Et facto sermone per ipsum Inquisitorẽ, si (vt dictum est) relinquendus ipse fuerit in sacris ordinibus constitutus; Episcopus Pontificalibus indutus, eũ degradabit, ea quæ sunt officij sui retrogrado ordine auferendo, incipiendo a supremo; & poterit vti verbis contrarijs his, quibus in conferendo talem ordinem Episcopi vti consueuerunt.

C Qua degradatione expleta, si tradendus fuerit in sacris ordinibus constitutus, vel si non fuerit, facto sermone prædicto, legantur culpæ tradendi seu relinquendi brachio seculari: quibus lectis feretur sententia per hunc modum.

Forma tradendi seu relinquendi brachio seculari eum, qui conuictus est de hæresi per testes legitimos, & stat pertinaciter in negatiua, licet fidem catholicam profiteatur.

D N Os N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis & Frater N. Inquisitor hæretica prauitatis, in terris talis domini, sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

E ATTENDENTES, quod tu talis, de tali loco, & tali diocesis, fuisti nobis delatus de tali hæretica prauitate, exprimat, & vellemus certiorari, in ea quæ de te, & contra te nobis dicta fuerunt, veritate aliqua fulceretur, & an tu ambulares in tenebris vel in luce, descendimus ad nos in tormantibus, testes diligentius examinandum, teque; vocandum ac interrogandum sæpius medio iuramento, defensionemque exhibendum, & ad omnia & singula faciendum, quæ per nos facienda erant secundum canonicas sanctiones. Verum cum vellemus processum tuum negocium sine debito terminare, solenne consilium tam in theologia facultate, quam in iure canonico & ciuili coram nobis fecimus congregari, & uisus ac diligenter discussis, processum tuum, ac omnibus & singulis in presenti causa, productis, deductis, actis, & actitatis a qua hæc librat, prædictorum consilio digesto pariter & maturo reperimus contra te probatum legitime, quod fuisti tanto tempore infectus hæretica prauitate: hæc reperimus

reperimus quod dixisti & fecisti talia & talia, *exprimantur*, ex quibus apparet manifeste quod es legitime deprehensus in prædictam hereticam pravitatem. Scie enim cuperemus (prout adhuc cupimus) te veritatem fatendo resilire ab heresi ante dicta, & reduci ad gremium Ecclesie sanctæ, & ad sanctæ fidei unitatem, vt sic saluares animam tuam, & tam animam, quam corporis mortem eua dere gehennalem; tam per nos, quam per alios nostram diligentiam exercentes, ac te per longa tempora expectantes, tu in reprobum sensum da tus contempnisti acqiescere nostro consilio saniori, immo perstitisti & persististi in negatiua pertinaciter animo indurato: quod dolenter referimus & referendo plangimus, & dolemus. Verum cum Ecclesia Dei tanto tempore te expectauerit, quatenus resiliens recognoscendo propria tua culpam, & nolueris, neque velis; & non habeat ultra quid tibi gratia faciat atq; mercedis: ¶ ea propter vt sis cæteris in exemplum, & alij ab huiusmodi hæresibus arceantur, & tanquam facinora non remaneant impunita: Nos Episcopus & Inquisitor, iudices in causa fidei memorati, sedentes pro tribunali, more iudicij iudicantium, sacrosanctis Euangelij positus coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatem, habentes præ oculis solum Deum, & sanctæ fidei gloriam, & honorem: te talem, in nostra præsentia constitutum, hac die, & hora, & loco, tibi ad audiendum sententiam diffinitiuam assignatis diffinitimus, declaramus, ac sententiamus, te esse hereticum impenitentem, & tradendum, seu relinquendum, vt talem, brachio seculari, & per hanc nostram sententiam, vt verè hereticum pertinacem, ac impenitentem a foro ecclesiastico te projicimus, & tradimus, seu relinquimus brachio seculari, ac potestati Curie secularis: Tandem curiam secularem efficaciter deprecantes, ¶ quatenus circa te, citra sanguinis effusionem & mortis periculum, suam sententiam moderetur. Lata est hæc sententia, &c.

¶ Vox Hispana, id est, beneficij.

¶ Iuxta c. Nouimus, de verbo, sig.

De associantibus relaxati.

Et tunc Inquisitor conferet omnibus, qui prædictis sermoni & sententiæ interfuerunt, quadraginta dies de indulgentia ex parte domini nostri Patris: indicatio est publice, quod omnes qui præstiterunt auxilium, consilium, fauorem in facto fidei ante lato, habuerunt tres annos de indulgentia. Poterunt autem Episcopus & Inquisitor dispo nere, quod aliqui probi viri fidei zelatores, ipsi relicto curiæ seculari non ingrati, sed familiares & grati, associant dictum relictum, dum curia secularis in eum suum officium exequetur, qui cum consolentur, & adhuc inducant, quod fatendo veritatem, ac recognoscendo culpam suam, resiliat ab erroribus suis.

Quod si forsitan post sententiæ, & iam relictus, & ad locum ubi est comburendus, deductus, dixerit se velle fateri veritatē & recognoscere culpam suam, & ita fecerit, & paratus fuerit huiusmodi heresim & omnem aliam abiurare licet præsumatur quod hæc faciat plus metu mortis, quam amore veritatis, crederem (vt dictum est supra in decimo modo processum fidei terminandi) quod de mi

¶ Vide q̄ ibi scriptum.

sericordia possit recipi vt hereticus penitens, & perpetuo immurari, iuxta glo. super c. Ad abolendam. §. præsentu. & ver. audientia. & c. Excoicamus. 2. de heret. quamuis non, vt puto, de rigore iuris, nec tali conuersioni (vt dictum est ibi) est magna fides adhibenda a iudicibus fidei.

COMMENT. XLVIII.

DE hoc modo agunt Tabienfis in Sem. verb. In Nouis Inquisitor. §. 24. Jacobus Spreger in malleo maleficarum par. 3. q. 31. Syluest. lib. 3. de strigibus. c. 4. puncto 3. & Locatus in fine operis Iudicialis in formula tradendi brachij seculari hereticum impenitentem, si dem tamen catholicam profitentem. & Repertorium Inquisitorum verbo, sententia.

In hoc autem modo præter præxim, quæ absolutissima est in hoc casu, duo potissimum offert Emericus examinandas, quarum primum ad rem negatiua spectat; alterum vero ad testes, de quibus, ac plerisque alijs occurrentibus sigillatim receptiora, & seueriora trademus.

a Tamen ipse sic conuictus & deprehensus. Ita huic locum imprimendum curauimus ex tribus manuscriptis Sabellano, Bononiensi, & Codice cardinalis de Garbaras; nam in Barcionensi impresso ita legebat: Cū ipse sic conuictus, & deprehensus.

quæ lectio non multum cum antecedentibus & consequentibus cohæret: quare manuscriptos secutus sumus, quorum planior & facilius est electio.

b Ille talis quamdiu sic persistit in negatiua, hereticus impenitens est censendus. Ex his verbis, & illis quæ profert Emericus paulo post, nu. 218. ibi: Qui sibi indicent, quod mortem non potest euadere corporalem, dū stat in negatiua. Itē est q. 3. 4. partis secundæ, nu. 3. & deniq; ex tota serie huius disputationis, videtur dirimi questio illa anceps & controuersa, de qua valde olim fuit dubitatum: An qui accusatur de hæresi, de qua legitime conuincitur, & negat se talia dixisse vel fecisse, protestatur tamen se omnino credere & tenere, quod tenet & credit sancta Romana Ecclesia, sit veluti hereticus impenitens tradendus curiæ seculari.

Et non obstante prædicta protestatione, proculdubio tradendus est, vt his locis docet apertissime Emericus, cuius sententia vera est & communis, quæ tradidit decisio Rotæ antiqua 875. tit. de hære. quæ incipit: Accusatus, tenet etiam Hostiens. hoc loco ab Emerico citatus. Calderinus cons. 2. titu. de hæret. Ioannes Anania in c. excoimunicamus. §. ad hunc de hæret. & alij quidam ex antiquioribus. Recentiores autē fere omnes, qui de puniendis hereticis scripserunt, hanc ipsam sententiam audacter proficiunt: Repertorium Inquisitorum verbo, negatiua. §. si tamen accusatus. Albert. tract. de agnosc. assertio. q. 8. num. 7. & 8. & q. 34. nu. 5. idem videtur tenent Boerius decisione 343. incip. Quia in precedenti contra id, quod male prius differuerat decij. 341. incip. Inquisitus de hæresi, tenet etiam Sinacas de catho. iust. tit. 48. nu. 25. & 26. & Ioannes Rois tract. de hæret. par. 1. nu. 69. & seq. & ceteri bene sentientes vno consensu.

Et quamquam non desint rationes viue quidem

Et efficitur ad hanc sententiam comprobendam, de quibus paulo post agamus; hoc mihi videtur iam olim in iure constitutum & delegatum & Inquisitionis definitum concilio Biturrensi, & Narbonensi, in quorum primo videlicet Biturrensi ca. 6. 7. 8. & 9. de hac facti sunt, ac etiam de ordine procedendi in tali casu ita scriptum est:

Illos qui cum sint culpabiles, contemnunt cooperare in fra tepus gratia, aut malitiose supprimunt veritatem, et iuris suo tempore nominatum. Et sique si veritatem contra se inuentam confiteri noluerint, exponatis capitula super quibus inuenti sunt culpabiles, & dicta similiter testium publicis.

Ac datis dilationibus competentibus, & defendendi facultate concessa, benigne admittatis exceptiones, & replicationes legitimas eorundem. Et si quidem in sua defensione defecerint, nisi culpam probatam gratis confiteri voluerint, assignato ad sententiam termino peremptorio competentis, damnetis eosdem: non enim sunt ad misericordiam admittendi, dum in sua negatione persistunt, quantum eorumque voluntati Ecclesiae se supponunt. haecenus ibi.

Item Concilium Narbonense apertius eandem sententiam comprobans c. 26. ita canit. Si quis tamen culpam suam, ex qua possit credes vel haeticus iudicari, de qua plene per testis seu aliam probationem constat, pertinaciter negare non meatur, quamdiu in huiusmodi negatione persistit, licet alias conversionem pratendat, haeticus absque dubio est censendus: euidenter namque impenitens est, qui peccatum nec vult etiam confiteri. haecenus ibi.

Item Hispania prima in Instructione Hispalensi anni Domini MCCCCLXXXIII. c. 14. apertissime declarata est eadem sententia, simulque prouisum, ut quotiens talis casus occurrerit, Inquisitores vitam & mores testium diligentissime perscrutentur, quod & ab Eymérico quoque hoc loco copiose & vnde traditum est.

Illud vero praeceteris est adnotandum, quod euidenter videtur indicare praecitatum concilium Narbonense, videlicet, hanc conclusionem de damnatione tanquam impenitente eo qui haesim contra se probatam negat, licet protestetur se credere, locum habere non modo cum quis conuincitur de haesi, quam dixit, verum etiam de falso aliquo haeticalibet, ex quo possit vel haeticus, vel credens haeticorum iudicari: quod est valde singulare & notandum: quae autem sint facta haeticalia, dixi supra in hac 3. par. nu. 109. tit. de signis & indicijs, quibus diuersarum sectarum haetici cognosci possint. & quae sint facta ex quibus homines iudicantur haeticorum credentes, docui parte 2. super q. 50. §. factis autem.

Rursus aduertendum est, hic haberi sermonem de eo qui negat factum haeticale, de quo legitime conuincitur, non autem de illo, qui confitetur factum haeticale, prauam autem intentionem negat: nam in hoc alia agitur difficultas diuersa ab ea, qua hic tractamus, de qua vide in praecitato loco.

Quod si quis querat, quibus rationibus haec sententia niti possit, illa in promptu sunt.

Primum, quoniam si haesis huius negatiue plene ac legitime probata est, iam Ecclesia constat hunc haeticum esse, qui nisi errores suos confiteatur, ac detestetur, velut impenitens haeticus merito tradendus erit curiae seculari.

Rursus qui legitime contra se probatos errores non concedit, quamuis protestetur, se rectam fidem tenere, nihilominus non satisfacit Ecclesiae, quae in primis satisfactionem postulat de probatis haesibus, quas ipse dixisse diffidetur: quam ob rem cum non sit correctus, velut impenitens erit damnandus, quoniam peccati venia non datur nisi correcto.

Postremo, quia ad veram penitentiam necessaria est confessio, nec veniam consequi meretur qui peccatum non agnoscat. c. non potest, cum seq. de peniten. dist. 1. cum itaque is negatiuus non confiteatur, impenitens putatur, ac curiae seculari propterea merito est relinquendus. plures alias rationes in eadem sententiam viuas sane & expirantes commemorat praefata decisio Rotae 875. quas breuitatis gratia omitto.

Ex his omnibus valide refellitur sententia Iulij Clari, qui in §. haesis. versic. & nota in hoc casu proposito, de hac veritate dubitauit, quamuis Ecclesiae iudicio se supponat. ceterum a superiori sententia nullo modo est recedendum, & hoc in re vtmur.

Nec quisquam dicat, iniuste se hac ratione condemnari, nec conuincatur de iudiciis Ecclesiasticis, vel de iudicio Ecclesiae ita statuentis, quae de occultis non iudicat: sed si fortassis per iniquos testes est conuictus, ferat id aequo animo, ac letetur, quod pro veritate mortem patiat.

Monebo tamen hoc loco apertioris doctrinae gratia, nonnulla esse necessaria, ad hoc ut praedicta sententia locum habeat, ut optime admovent. Albertinus in dicto tract. de agnoscent. assertio. q. 8. nu. 8. & q. 34. nu. 51. & Ioannes Roias tract. de haeret. par. 1. nu. 84. & seq.

Primum, quod sit conuictus de vera & formali haesi, verbi gratia, de hac: Non esse purgatorium, non de assertionem scandalosa, temeraria, male sonante, aut similibus: idem forte dicas de factis, ex quibus insurgit haesis vel apostasia seu credentia, iuxta concilium Narbonense, ut paulo antea dicebamus, in quo multa prudentia opus est.

Alterum est, quod verba haeticalia, de quibus negatiuus conuincitur, sint certa & clara, non dubia vel ambigua, habentia duplicem sensum, haeticum unum, catholicum alterum: quoniam tunc relicto sensu haetico, catholico accipiendus est, ut late docet idem Albertinus tract. de agnoscent. assertio. q. 7. & Ioannes Roias tract. de haeret. par. 1. nu. 366. dubia enim in meliorem & sanctiorem partem interpretari debemus, ut etiam docet sanctus Thomas 2. 2. q. 60. art. 4.

Tertium est, quod reus conuincatur de haesi, qua negat per testes legitimos & idoneos, seu omni exceptione maiores, non per inimicos aut singulares, aut alios inhabiles.

Quartum est, ut illud factum seu dictum haeticale, de quo reus conuincitur, sit recens, non vetustum;

Snfa Iulij Clari reiecta.

Vt praefata snia obseruetur, quot requirantur.

Fragmentary text from the left edge of the page, including words like 'ma', 'c.', 'is in', 'PPF', 'Quisq', 'ma', 'Eym', 'con', 'ta', 'se', 'illa', 'dub', 'qu', 'mod', 'te', 'ha', 'ca', 'Eym', 'qua', 'que', 'de', 'ha', 'et', 'im', 'sent', 'de', 'Roi', 'a bene', 'adom', 'et'.

flum; ita ut verisimiliter reus credatur eius fuisse oblitus; cum in factu antiquo oblitio praesumatur: de quo quid sit sentiendum; abinde dixi supra in 2. parte, super quaest. 34. §. sed in hac quaestione. & §. seq.

Postremum est, quod his negatius per testes concinnatur asseruisse se illa credere, & credenda alijs esse. nam cum testis deponit de verbis haereticis ab alio prolatis, debet etiam deponere de illius accusati credulitate: quia hoc in verbis necessarium est: cum aliquando talia verba possint dici referendo aliorum opiniones, aut disputando, aut lapsu linguae, aut subito iracundiae calore, aut alijs huiusmodi modis. haec omnia colliguntur debere concurrere ex principio, & tota serie praedictae decisionis 875. ut optime praecitati locis observavit Albertinus, quidquid dicat Joannes Roias, qui fortassis in hoc non bene perpendit verba Albertini.

Num. 209. **c** Forma puniendi ac condemnandi falsos testes, &c. Quoniam in hoc duodecimo modo processum fidei terminandi potest contingere testimonium falsitas; ideo quasi incidenter de testibus falsis puniendis disserit Emericus: nam ex professo hoc tractat infra par. 3. q. 73. ubi diximus copiose, id solum hoc loco admonebo, dubitatum fuisse olim, an Inquisitor possit testes falsos punire, & qua pena. sed haec quaestio hodie penitus cessat, ut experientia ipsa quotidie testatur. Adde Zanbini tract. de haeret. c. 14.

Inquisitor falsos testes punire potest.

Item quantum attinet ad formam ferendi sententiam contra falsos testes, diligenter eam hic profertur Emericus, quem per omnia sequuntur reparatorum Inquisitorum verba, sententia. §. sequitur forma sententiae. & Locatus in fine operis iudicialis, in formula sententiae contra falsos testes, seu falsum deponentes.

Num. 209. **d** Te citari, & ad nostram praesentiam adduci, ac praedictum talem coram nobis fecimus confrontari. Hoc ipsum in eadem facti specie consuluit faciendum Emericus supra tit. De cautelis Inquisitorum contra haereticorum cavillationes. §. tertia cautela. nu. 101. ubi diximus hanc reorum & testimonium conciliationem non facile esse admittendam.

Ceterum, quia in hunc locum lectorem remiseram, dum quaerere, nunquid in aliquo casu locum haec confrontatio habere possit: nunc dico, prima fronte videri equum & rationi consentaneum in hoc casu, ut rei negativi & testimonium affirmantium conciliatio fiat, ut sic veritas habeatur, ne innocens negatius curia seculari ultimo supplicio afficiendus evadatur.

Verumtamen quia gravis est haec causa de confrontatione facienda, ideo in ea multum circumspecte loqui oportet, ne ex dictis nostris quis arripiat occasionem: & inconsiderate quando agat.

Confratio **testium & reorum in crimine heresis, an & quando locum habeat.**

Sit ergo in hac re hoc primum axioma: Ubi magna affuerit causa, & omne periculum cessaverit, recto iudicium arbitrio quandoque fieri potest haec confrontatio, ita Simancas & vere in enchiridio violata religionis tit. 35. nu. 16. quam ob rem etiam in hoc casu de quo hic Emericus agit, cum reus in negativa perseverat, non aliter fieri poterit confrontatio, nisi procul absit omne periculum: quod si affuturum creditur ipsis testibus, nullatenus esset faciendum ad explorandam veritatem; sed tunc ad condemnationem

A negativi possent Inquisitores devenire, nec dicentur iniuste eum condemnare, cum legitimis testimoniis sit convictus: quia si facile permittetur huiusmodi confrontationes, proculdubio redundaret in fidei detrimentum, nam homines a testificando contra haereticos propterea auerterentur; quod est omnino praevocandum, ne publicum commodum ob privata viuis aut alterius utilitatem ledatur.

Sit secundum axioma: Confrontatio tunc secire fieri potest, quando testes complicis sunt eiusdem criminis cum reo: hoc enim casu manifestum est ad convincendum reum negantem nominandos ei esse complicis, cum quibus dicitur deliquisse: quare similiter poterunt ei confrontari, neque enim tunc tam confrontantur ut testes, quam ut complices.

B Sit tertium axioma: Cum vilissimi sunt testes & rei, qui curant bonam vel malam habere famam, quales sunt vilissima meretrices, & vilissimi homines, qui humeris onera deferunt, & si qui sunt similes; tunc fieri fortassis poterit confrontatio, sed hoc casu omnem periculum suspicionem procul etiam abesse oportet: ac in alijs etiam fortassis casibus potest admitti, qui recto iudicium arbitrio relinquuntur.

Item in confrontatione facienda haec mihi videntur observanda, primum ne solus Inquisitor eam decernat, quia res magni momenti est: adhibeat ergo consilium Episcopi & peritorum, sine quorum assensu nullo pacto crederem decernendam; quod si non conveniant, maiores Inquisitores consulant, certe in supremo Senatu Sacrosanctae & generalis Inquisitionis Romanae nunquam sunt huiusmodi confrontationes nisi re cognita, & decreto interposito per Illustrissimos Cardinales in tota Christiana republica Inquisitores generales; ut vel hinc ceteri intelligant quam caute in re tam periculosa sit progrediendum.

Postremo ubi decreta fuerit confrontatio, cauta est, ne simul duos testes, aut omnes quotquot testificati sunt contra reum negativum producant coram ipso, sed singulos per se ei sistant, & utriusque dicta notarius scribat: nam si diversis fortassis in tempore vel loco commissi delicti deprehendantur, aut in alijs substantialibus eius delicti, de quo agitur; tunc magna praesumptio erit eos esse falsos, exemplo coram qui falso Susannam accusarunt, ut legitur Daniel. c. 13. sed hoc non erit observandum cum testes & reus sunt eiusdem criminis complices: tunc enim omnes simul produci poterunt.

Quantum vero attinet ad negativum, primum ut impaenitens condemnentur, plurima considerate oportet: & rationem diligentem esse habendam & rei negativi & testimonium affirmantium facile suadet gravitas huius negotij, nam si reus negatius ex re ta anteacta, bonis moribus, & bona fama procul ab haeresi sibi obiecta abesse videatur, iniquo testimonio vrgeri praesumendum erit: quod tunc magis erit suspicandum, cum testes non sunt per omnia probati, aut aliquando accusato fuerunt inimici: quod Inquisitor ex officio de. et inuestigare.

E Contra vero, reum negativum iniquum praesumere licebit, & iusto testimonio convinci, cum male vita & fama fuerit, & testes probati sunt & graves. haec inquit. & alia huiusmodi sunt advertenda praesumptio quam ad condemnationem deveniatur.

109. e. Talem in causa fidei falsum testem seu de-
latores ad carcerem perpetuum talem, &c. con-
demnamus. Ex hoc loco aperissime colligimus sen-
tentię Emerici testes falsos testificantes in causa
fidei non esse puniendos p[er]na talionis, nec tradendos
curia seculari, cum ad carcerem perpetuum dantur, de
quo quid sentiam, dicam copiose infra super d. q. 73.

Ad hoc, illud hoc loco observabis, Emerici quo-
ad p[er]nam equiparare delatores, & testes, & recte
quidem: quoniam licet in alijs criminibus mitius pu-
niatur qui falso desert, quam testes: at cum in hoc
crimine delator seu denunciator testibus annumere-
tur, ut aiunt Abbas & Felinus, in c. in omni, de te-
stibus, & Albertinus in tract. de secreto num. 177. B
& Simancas in enchyridio tit. 23. nu. 7. consequitur
aperte delatoris & testis falsi parem futuram p[er]-
nam, & eamque vindictam, ut subtiliter, & bre-
viter indicat hoc loco Emericus.

f. Qui sibi indicent, quod mortem non potest
evadere corporalem dum stat in negatiua, &c.]
Horum verborum occasione diluenda est hoc loco
p[er]ebra difficultas, quę doctis etiam possit negotium
exhibere: An huic ita conuictio per falsos testes, qui
re vera crimen hæresis sibi obiectum non admisit,
licet illud fateri, & agnoscesque infamare, ut
mortem evadat temporalem, & misericordiam im-
plorando ad Ecclesię gremium penitentiamque ad-
mittatur.

At primum quidem cum fama inter bona tempo-
ralia non eretur, quamvis exteriorum bonorum ma-
ximam censetur. cap. deterioris. 6. quæst. 1. Ari-
stoteles lib. 4. Ethicorum c. 3. B. Thom. 2. 2. q. 129.
artic. 1. traditque copiose Dominicus Sotus lib. 4. de
iust. & iure quæst. 2. artic. 3. conclus. 4. & alij
Theologi communiter, poterit ubique quilibet arbi-
trio suo ita famam ut pecunias & cætera bona tem-
poralia profundere, præsertim ad vitam redimen-
dam, quę cunctis rebus etiam pretiosissimis antepo-
nenda videtur.

Rursus quamvis honor seu bona fama res præstā-
tissima sit, opinione tamen hominum, qua honor con-
sistit, pluris estimatur vnguis auri pondus, quam re-
mis honor & fama: vitam autem fame esse præse-
rendam secundum essentiam valoris utriusque, nul-
lus inquam (quod ego sciam) dubitavit. licet itaque
videtur vel ad conservandam vitam, vel etiam ad
sevitiam tormentorum evitandam, neglecta fama
crimen fateri quod non commisimus.

Multa in eandem sententiam afferri possent, quę
libenter omitimus, atque in hac difficultate sit hæc
prima conclusio: Quamvis homo sit dominus sua
jam, & se quandoque infamando, prodendo, & de-
regando crimen quod commisit, non peccat contra ius-
titiam, neque ulli iniuriam irroget; nihilominus
saltem veniale peccatum committit contra sui ip-
sius charitatem: quod plane multo magis tunc con-
tingeret, quando ad evadendam sevitiam tormento-
rum id diceret quod non commisit: nam tunc cul-
pam mendacij admitteret; mendacium autem licet
ex suo genere non sit peccatum mortale, dictum ta-
men in iudicio coram iudice legitime interrogate, &
cum iuramento præcedenti, mortale peccatum est:
quod si venialis etiam tantum culpa esset, nec tunc

A quidem admittere licet, quia mentiri suo genere
malum est.

Sit secunda conclusio: Quotiens quis conuincitur
de nefandissimis quibusdam horridissimisque
flagitijs, quę aures exhorrescunt, veluti de crimine
utriusque maiestatis læsę, adulterio, & similibus,
ipseque re vera hæc non commisit, si vel ut mortem
evitet, vel tormentorum sevitiam, vel aliud simile
periculum infamet se fatendo quod non fecit, vix po-
test à mortali peccato excusari, etiam si non iratus
& extra iudicium talia diceret, propter gravissimam
infamiam, quam sibi imposeret. has duas conclu-
siones colligo ex sententia Soti lib. 4. de iust. & iure
quæst. 2. artic. 3. conclusione 4. circa finem quem
per omnia sequitur Conarruias lib. 1. varia. resolu-
tio. cap. 2. nume. 8. cui sententię libentissime sub-
scribo, quia & iustissima est, & omne peccati peri-
culum excludit.

Quam ob rem, cum crimen hæresis inter nefan-
da & horrida delicta connumeretur, immo sit gra-
uissimum & maximum, nullus ut mortem evitet
debet de eo se infamare. quemadmodum enim gra-
viter peccaret, qui de eo crimine alterum infama-
ret, ita quoque peccaret qui infamaret se ipsum, iux-
ta doctrinam Archidiaconi in cap. non est. 23. q.
5. Panormitani in cap. ex parte. el. 2. de sepulturis.
Sylvestri in sum. verbo, detractio. q. 3. Caietani 2.
2. q. 73. art. 2. & aliorum asserentium perinde esse
peccatum mortale infamare se ipsum, ac infamare
proximum.

Quare in hoc casu, quamvis huic negatiuo duris-
simum videatur innocentem mori, & propterea for-
tassis credat sibi licere ad mortem evitandam cri-
mina obiecta fateri, nullo tamen modo id est permit-
tendum. quam ob rem eorum theologorum & con-
fessariorum, qui negatiuum talem consolantur, &
ad supplicium comitantur, munus erit eum inducere,
ut veritatem prodatur, sed caueat omnino ne sibi
crimen, quod non commisit, imponat, ut tempora-
lem mortem evitet; memineritque, se si patienter eam
iniuriam & supplicium toleret, velut martyrem esse
coronandum.

Jam non obstant rationes initio adducte, quibus
vno verbo respondemus, quod tamen si concedamus
homines dominos esse fame (quod tamen multi ne-
gant), ac de ea velut de pecunijs sibi disponderet lice-
re: certissimum tamen est tunc prohiberi cum præ-
ter fame iacturam peccatum committunt, ut in ca-
su proposito.

Ac præsentente potestate curię secularis, &c.]
In omnibus sententijs eorum qui curia seculari re-
linquuntur, Emericus secutus iura de hæreticis in
hoc causa tractantia, semper meminit præsentię curię
secularis: quare non infringenda hæc nec inutilis
oritur dubitatio: An Episcopus, vel Inquisitor pos-
sint ad talem sententiam definitivam procedere, ab-
sente iudice seculari: vel contra, ut eius præsentia
exigatur, ut sententia aliter lata nulla sit.

Ac prima quidem fronte dicendum videtur præ-
sentiam secularis iudicis requiri, quoniam ubi cer-
ta forma, seu modus adiungitur iurisdictioni alicuius
iudicis, cessante eo modo, iurisdictione cessare vi-
detur, licet hi §. si pretor. ff. de transact. non facit
textus

Ut mortem
fugiamus nõ
licet fateri
crimen quod
non fecimus

Confessarij
qd agere de-
beant circa
negatiuum.

Num. 210.
An ad sente-
tiam ferendam
contra hære-
ticos, sit ne-
cessaria præ-
sentia iudicis
secularis.

textus in cap. quia propter. de electio. at a iure praesentibus certus modus promulgandi sententias aduersus hereticos, videlicet, vt eas pronuntiant relinquentes damnatos praesentibus Potestatis secularibus animaduersione debita puniendos. cap. excommunicatus. 1. in princip. de haeret. ca. ad abolendam. §. illos. de haeret. & c. nouimus. de verb. signifi. fit ergo, vt aliter nequeant sententias pronuntiare.

Rursus, cum aliquid est inductum a iure pro solemnitate sententiae, si illud praetermittitur, non valet sententia. 2. q. 1. in summa. cap. nihil. & cap. Priuantes. eadem causa. & q. quare in casu proposito necessaria videtur iudicis secularis praesentia, cum vbi certa quadam solemnitas, a iure praescripta esse videatur.

Præsentia iudicis secularis quatenus exigatur.

Verum his non obstantibus, certior & verior sententia est, valere sententiam condemnatoriam aduersus hereticos latam in absentia iudicis secularis, dum modo interueniant alia substantialia. quamuis enim iura requirant in tali sententia, seu actu condemnandi, praesentiam iudicis secularis, seu Bailiuorum suorum, non ita postulant, vt absque illis nihil utile geratur, sed vt illi velut ministri sententiam latam debitae executioni mandent: nam omnis actus alius praeterea illis interdicitur in hoc crimine, quod mere est ecclesiasticum. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de haeret. lib. 6.

Item si praesentia Potestatis secularis necessaria esset in praesentia sententia condemnatoria contra hereticos impenitentes, vel relapsos, facile ob hanc causam posset impediri officium inquisitionis, dum magistratus secularis, aut nullus, aut si cetera interdum quaesita causa, suam praesentiam denegaret.

Postremo ita iudicandum videtur de praesentia iudicis secularis in hac causa, ac de adhibendo & requirendo peritorum consilio, sine quo Inquisitores iudicare possunt, cum non teneantur necessario peritorum, aut consultorum iudicium aut opinionem sequi, vt dixi infra in hac 3. parte super q. 78. itaque quemadmodum sententia lata, vel contra suffragia peritorum, vel non requisitis eorum suffragiis iure valet, eodem modo valebit non adhibita praesentia iudicis secularis.

Sed cum Inquisitor & Episcopus in reum sententiam tulerint, vbi suam praesentiam, aut noluerit, aut non potuerit praesentare secularis magistratus, ea quidem valida erit, & sufficiet per legitimam personam, publica si opus fuerit scriptura interueniente (quod est tutius) intimare iudici seculari talem, verbi gratia Calumniam, pertinacem hereticum & impenitentem, seu relapsum esse iudicatum: ipseque magistratus secularis, quamuis praesens sententia non affuerit, fidem huic intimationi debet adhibere, & hereticum sibi traditum ultimo supplicio afficere, nisi velit tanquam hereticorum fautor, & sacri officij impeditor grauissime coerceri: nec processus copia sibi est tradenda, vt late alibi differui.

His ita vere constitutis, non obstant adducta in contrarium, quibus vnica solutione satisfacimus, dicentes ex sententia glossa in clemen. 1. verbo inhibentes, circa medium. de iure patronatus. quod vbi mandatur aliquid sub certa modo faciendum ei, qui

alias habet super ea re ordinariam iurisdictionem, etiam procedat illo modo, & forma non seruata, vel omissa, valet nihilominus, & tenet actus. manifestum est autem, Episcopos iurisdictionem ordinariam habere ad coercendos hereticos: quamuis ergo non obseruent in hoc casu istam solemnitatem de adhibenda praesentia iudicis secularis, cum reos damnant, nihilominus sententia valebit.

De inquisitoribus vero, qui alias non habent ordinariam iurisdictionem contra hereticos, dubium maus esse posset: nihilominus tamen dicimus idem in eis locum habere, quoniam in negotio hereticae prauitatis eorum potestas & iurisdictioni equiparatur potestati ordinariae: immo non inepte quidam asserunt, maiorem eorum esse iurisdictionem in causis fidei, vt alibi examinabimus. quare quod de iudicibus de altero penitus accipi potest, & hanc sententiam olim etiam inuenio comprobata responsio quodam de hac re edito, quod extat in vetusto illo codice Marcelli secundi Pontificis Maximi, cuius nobis copia fecit Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis Guilielmus Sirletus, a qua nullo pacto crederem recedendum.

De tertio decimo modo terminandi processum fidei per condemnationem conuicti de heresi contumaciter absentis, vel fugitiui.



Tertius decimus & vltimus modus processum fidei terminandi & finiendi est, quando delatus de haeretica prauitate, processus meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum reperitur conuictus de haeretica prauitate, sed tamen fugitiuus, seu absens contumaciter, & congruo tempore expectatus, & hoc est in tribus casibus.

Primus est: quando ipse delatus est deprehensus in heresi, vel confessione propria, uel facti euidentia, vel testium productione legitima, sed fugit, vel se absentauit, & citatus legitime noluit comparere.

Secundus casus est: quando aliquis est delatus de haeretica prauitate, & recepta informatione aliqui contra eum, habetur aliquo modo, seu leuiter suspectus de heresi, & sic citatur responsurus de fide; & quia renuit contumaciter comparere, excommunicatur, & excommunicatus sustinet illam excommunicationem per annum animo pertinaci, & semper contumaciter se absentat.

Tertius casus est: quando aliquis impediuit di recte iudicium, sententiam, seu processum fidei Episcopi, vel Inquisitoris; vel qui ad hoc dederit auxilium, consilium, vel fauorem, & contumaciter se absentat. Talis est excommunicationis mucrone percussus, quam si sustinuerit per annum animo indurato, ex tunc est vt hereticus codemandandus, per c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de haeret. lib. 6.

In primo casu ille talis est impenitens hereticus condemnandus, iuxta c. ad abolendam. §. praesentibus.

fenti. In secundo casu, & tertio non est hæreticus impenitens iudicandus, sed tamquam seu, ut hæreticus impenitens condendandus, iuxta c. Cum contumacia, & per c. Vt inquisitionis. §. prohibe mus. de hæret. lib. 6.

Circa quemlibet istorum talis practica seruanda est. Talis enim congruo tempore expectatus citetur per Episcopum, vel Inquisitorem in Ecclesia cathedrali illius diocesis, in qua deliquit, & in alijs Ecclesijs illius loci, ubi domicilium contrahat, & specialiter vnde fugit, & citabitur per formam tenoris sequentis.

Forma citandi conuictum de heresi absentem, vel fugitiuum contumacem ad sententiam.

Nos N. miseracione diuina Episcopus talis ciuitatis, & Fr. N. Inquisitor hæreticæ prauitatis, in terris talis domini diuisioni subiectis, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus, talis talis diocesis, seu talis ordinis, seu religionis, Spiritum consilij latioris.

PRÆ cunctis nostræ mentis desiderabilibus illud potissimum infigitur cordi nostro, ne temporibus nostris in dicta tali diocesi vberè florētēq; vineam, Ecclesiam inquam, vineam Domini Sabaoth, quam summi Patris dextera virtuosius cōplantauit, quā eiusdē Patris Filius, p̄prij, ac viuifici vnda eruoris vberius irrigauit, quam ipse almus Spiritus paraclitus miris, ineffabilibusq; donis intumescēdauit, quam tota ipsa incōprehensibilis, atq; inattingibilis Trinitas beatissimissimisque priuilegijs sanctius dotauit, pariter & ditauit, A per de sylua, qui est, & dicitur hæreticus quilibet, absorbeat, & deplateat, fructus fidei vberes deuastado, ac lacerantes, hæresum vepres palmitibus inferēdo, serpensque virtuosus nostri improbus humani generis inimicus, efflās virus, q̄ est Satanas, & Diabolus, eiusdē vineæ Dominicæ palmites inficiat, atque fructus, virus prauitatis hæreticæ immittit. **N**ē et ager ipse Dominicus, populus in quā catholicus, ad quem excolendum pariter, & ferendū dicitur de summorum polorum arce, Dei Patri vni-genitus, atq; primogenitus, seminauit miris, sanctissimisque prædicationibus, discurret per villas, & castella docens non sine magnis fatigationibus, elegit Apostolos viros vtique operarios industrios, ac conduxit, ditās illos aternis retributionibus. expectās ipse Dei filius de agro isto magno illo die iudicij extremo vberes manipulos colligere, & per manus sanctorum angelorum recondere in celesti horreo sancto suo, Sampsonique vulpecula intricata, quæ sunt personæ labe hæreticæ deprauatæ, facies quidem habentes diuersas, sed caudas ignitas adinuicē colligatas, q̄ de vanitate conueniunt in idipsū, segetē Dominicam iam albam ad messem, splendoribus fidei reuocentem, mortuū amarissimo demoliantur, ac discursu subtilissimo t̄perdant, impetuque validissimo ac-

A accedant, pariter, & accendant, dissipent, & deuantent, synceritatem sanctæ fidei catholicæ subtiliter, & dānabiliter subuertendo: ea propter eū tu talis incidere in damnatas hereses manifestè, illas publicè in tali Ecclesia prædicando, seu taliter, dicatur, seu fueris per testes legitimos conuictus de hæreticæ prauitate, siue deprehensus propria confessione in iudicio p̄ nos recepta, & post captus fugeris, medicinā refutās salutarem: Nos vero citauerimus te, vt de, & super his coram nobis manifestius responderes, tuque ductus maligno spiritu pariter, & seductus, renueris cōparere; *Kel sic*: Ea propter cum tu talis delatus nobis de hæreticæ prauitate, & recepta informatione contra te alias de eadē es nobis suspectus leuiter, qd̄ fores infectus labe prædictæ, citauimus te, quatenus coram nobis personaliter compareres de fide catholica responsurus: Cumq; citatus renueris contumaciter comparere, excommunicauimus te, ac excommunicatum fecimus publicari, in qua excommunicatione stetit per annum, seu annos tot, aŋo pertinaci, latitans, & fugiens hinc, & inde, ita q̄ nūc quō te duxerit malignus spiritus ignoramus, & cū te expectauerimus misericorditer, & benigne, vt reuertereris ad gremium eccles. sanctæ Dei, & ad sanctæ fidei unitatē, tu facere cōtēpsisti in reprobū sensum datus. Sane eū velimus (vt tenemur iustitia nos cogēte) causam tuā huiusmodi, sine debito terminare, nec valeamus tam nefanda crimina cōiuentibus oculis tolerare: Nos Episcopus, & Inquisitor, iudices in causis fidei supradictis, te talē sepe fatū latitante, profugum, & fugitiuum, per præsens nostrū edictum publicū requirimus, pariter, & citamus p̄ rēptoriē, quatenus tali die, talis mensis, de tali anno, in tali Ecclesia cathedrali, talis diocesis, hora tertia, cōpareas personaliter coram nobis, d̄ h̄n̄tiam sententiā auditurus; si significantes quod siue comparueris, siue nō, procedemus ad nostrā sententiā d̄ h̄n̄tiam cōtra te, prout ius, & iustitia suadebūt. Et vt præsens nostra citatio perueniat ad tuā uocitiā, nec valeas ignorantia velamine te tueri, præsentēs nostras litteras, dictas requisitionem, & citationem nostras in te continētes, volumus, & mandamus affigi in valuis publicæ talis prædictæ Ecclesie cathedralis, in quorū testimonium singulorum, præsentēs nostras litteras impressione nostrorū sigillorum iustimus communiri. Datum, &c.

B Adueniente autē die præfixa ad audiendā diffinitiuam sententiā assignata, si profugus comparuerit, & cōfenserit publice omnem hæresim abiurare, humiliter penitens, admitti ad misericordiam postulando, si relapsus non fuerit, admittetur: & si fuerit deprehensus propria cōfessione, vel testium legitima productione, abiurabit, & penitebit vt hæreticus penitens, secundum modum, de quo agitur supra in octauo modo processum fidei terminandi, ubi de talibus agitur.

C Sed si fuerit suspectus violenter, q̄ citatus responsurus de fide noluit cōparere, & fuit ex hoc excommunicatus, et stetit in excommunicatione per annum animo pertinaci, & penitebit, admittetur

D De citatis absentibus venientibus post annum.

E De citatis absentibus venientibus post annum.



mitteretur, & abiurabit o[mn]em hæresim, & p[en]itens, vt hæreticus suspectus de hæresi violenter p[en]itens, secundum modum, de quo agitur supra in sexto modo processum fidei terminandi.

Si autem comparuerit, & non consenserit abiurare, tra[du]citur vt verus hæreticus impenitens præsens brachio seculari, per modum, de quo dictum est supra, & agitur in decimo modo processum fidei terminandi.

Si autem contumaciter tenuerit comparere, facto sermone per Inquisitorem, iuxta materiam, si talis profugus fuerit in sacris ordinibus constitutus, seu aliis cuiuscunque religionis, seu ordinis obumbratione fuscatus, Episcopus in pontificalibus indutus degradabit eum, non realiter ea, quæ sunt sui officij ab eo personaliter auferendo cum non sit præsens: sed verbaliter, & per sententiam eundem ab officio deponendo, iuxta c. Veritatis est verbum, de dolo, & contu. & agitur supra par. 2. q. 46.

Deponet autem eum Episcopus, seu degradabit per sententiam tenoris sequentis.

215 *Forma degradandi verbaliter absentem condemnandum, vt impenitentem.*

NOS N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, &c.

ATTENDENTES, quod tu talis in sacris ordinibus constitutus, exprimat[ur], vel talis religionis obumbratione fuscatus, exprimat[ur], tuis demeritis exigentibus, mox per nos, & venerabilem Inquisitorem hæreticæ prauitatis impenitens hæreticus iudicandus, & vt talis per nostram sententiã relinquendus brachio seculari: ea pp[ro] iustitia exigente, & vt nobis mandant canonice sanctiones sententiam depositionis, ac degradationis in, & contra te ferimus in his scriptis, te ab omni officio sacerdotali, & sacris ordinibus, ac prædicatione, atque confessionum audientia deponentes. Lata fuit hæc sententia, & cetera.

Formetur depositionis sententia secundum quod in tali sacro ordine, vel tali fuerit constitutus. Quia lata, Episc. & Inquisitor forment sententiã contra eum, iudicando eum hæreticum pertinacem, & si volunt, etiam relinquendo eum per sententiam brachio seculari: hoc est à foro Ecclesiastic. expellendo, licet nõ realiter tradendo, quia nõ est præsens, & si volunt, et possunt se habere mitius, licet, quod declarent eum fore hæreticum impenitentem, sed nõ relinquunt brachio seculari, nec à suo foro expellant ad finem, quod si adhuc voluerit p[en]itens, possit liberè, & absque quaestione admitti ad misericordiam, & abiuret.

Feretur autem sententia per modum tenoris sequentis.

216 *Forma ferendi sententiam contra absentem, vel fugitiuum declarandum hæreticum impenitentem.*

NOS O. Episcopus miseratione diuina talis ciuitatis, & frater N. Inquisitor hæreticæ

prauitatis, in terris talis domini ditioni subiectis, à sancta Sede Apostolica specialiter delegatus,

ATTENDENTES, quod tu talis de tali loco, talis diocesis, fuisti nobis delatus de multiplici hæreticæ prauitate, fama publica referente, seu fide dignorum insinuatione: Nos quibus ex officio incumbit, descendimus ad videndum, ac inquirendum, an clamor, qui ad aures nostras peruenit, veritate aliqua fulciretur, & an tu sic delatus ambulares in tenebris, vel in luce: verum cum inuenissemus te in hæresi deprehensum, deponentibus contra te quampluribus testibus fide dignis te, coram nobis aduocatum iussimus detineri, ac te interrogantes medio iuramento, confessus es nobis iudicialiter, quod fuisti tanto

tempore infectus prædicta hæreticæ prauitate: & quod eras paratus p[en]itens, ac dictam hæresim abiurare, & facere quæ tibi forent per nos imposita, & mandata, dicatur, vt fuit: Sed post maligni spiritus consilio ductus pariter, & seductus, metuens tua vulnera vino, & oleo salubriter confoueri, carcerem, & arrestum fregisti pariter, & au fugisti, latitans hinc, & inde, & quod te malignus spiritus duxerit antefatus totaliter ignoramus. Vel sic: Verum cum inuenissemus contra te (taliter, vt prædicitur, nobis delatum de hæreticæ prauitate) multa indicia, propter quæ suspectum leuiter de prauitate prædicta te merito haberemus citauimus te per publicum edictum in talibus, & talibus Ecclesijs talis diocesis; quatenus infra certum terminum tibi per nos præfixum, coram nobis in tali loco personaliter compareres, in & super prædictis contra te depositis, & alijs de fide catholica, & eius articulis respondurus: Tu vero infano consilio inhaerendo, tenuisti contumaciter cõparere: Cuique iustitia exigente te te excommunicauerimus, ac degradationis in, & contra te ferimus in his scriptis, te ab omni officio sacerdotali, & sacris ordinibus, ac prædicatione, atque confessionum audientia deponentes. Lata fuit hæc sententia, & cetera.

Formetur depositionis sententia secundum quod in tali sacro ordine, vel tali fuerit constitutus. Quia lata, Episc. & Inquisitor forment sententiã contra eum, iudicando eum hæreticum pertinacem, & si volunt, etiam relinquendo eum per sententiam brachio seculari: hoc est à foro Ecclesiastic. expellendo, licet nõ realiter tradendo, quia nõ est præsens, & si volunt, et possunt se habere mitius, licet, quod declarent eum fore hæreticum impenitentem, sed nõ relinquunt brachio seculari, nec à suo foro expellant ad finem, quod si adhuc voluerit p[en]itens, possit liberè, & absque quaestione admitti ad misericordiam, & abiuret.

Feretur autem sententia per modum tenoris sequentis.

ATTENDENTES, quod tu talis in sacris ordinibus constitutus, exprimat[ur], vel talis religionis obumbratione fuscatus, exprimat[ur], tuis demeritis exigentibus, mox per nos, & venerabilem Inquisitorem hæreticæ prauitatis impenitens hæreticus iudicandus, & vt talis per nostram sententiã relinquendus brachio seculari: ea pp[ro] iustitia exigente, & vt nobis mandant canonice sanctiones sententiam depositionis, ac degradationis in, & contra te ferimus in his scriptis, te ab omni officio sacerdotali, & sacris ordinibus, ac prædicatione, atque confessionum audientia deponentes. Lata fuit hæc sententia, & cetera.

requirere hac die, hora, & loco tibi in antea ad audiendū diffinitivam sententiam peremptorie assignatis, præhabito consilio multorū peritorū tam in iure canonico, quam in theologia facultate, siue in iure civili, pectus meritis visis, & diligenter discussis, oibusq; in eis contentis æquallance libratīs: Nos sedētes pro tribunali more iudicū iudicantium, & sacrosanctis Euāgelij positis coram nobis; vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatē; habentesq; præ oculis solū Deū, & sanctā fidei irrefragabilem veritatē, contra te talē absentem, vt præsentem, B. Pauli Apostoli vestigia imitātes, sententiā diffinitivā taliter ferimus in his scriptis.

CHRISTI NOMINE INVOCATO.

NOS Episcopus, & Inquisitor iudices in causa fidei memorati, attendētes in causa ista fidei, ne processib; inde cōfectis, ordinē iuris fore servatū: attendentes et quod legitime citatus non comparuisti, nec per te, nec per alium te aliquali ter excusasti: attendentes etiam quod in præfatis hæresibus lōgo tempore cōtumaciter persististi, & adhuc et perseveras, ac excommunicationem per tot annos in causa fidei sustinuisti, prout, & nunc sustines animo indurato: attendentes etiam quod Ecclesia sancta Dei nō hēt ultra erga te qd facias, cum perseveres, & perseverare velis in excommunicatione, & hæresibus prælibatis: Ea propter B. Pauli vestigia secūtes, declaramus, diffinimus, ac sententiamus, te talem absentem, vt præsentem, esse hæreticum pertinacem, & vt talem relinquendum brachio seculari, & per nostram sententiam diffinitivā te à foro Ecclesiast. expellimus, ac relinquimus potestati curiæ seculari; eandē curiam affectuosius deprecātes, vt si quando te habuerit in sua potestate, erga te citra quāvis effusione, & mortis periculū suā sententiā moderetur. Lata fuit hæc sententia, & ca tera.

Considerandum est hic, quod si iste profugus & cōtumax fuerit deprehensus in hæresim, vel propria confessione, vel testibus legitimis, et ante abiturationem aufugerit, est per sententiam verē hæreticus impenitens iudicandus, & ita in sententia ponendum.

Si autē aliter non fuerit deprehensus, nisi quia delatus, et suspectus habitus fuerit citatus de fidei respōsurus, & quia renuit comparere, fuit excommunicatus, & in excommunicatione stetit ultraquam per annū animo indurato, & tandē noluit comparere: iste nō est iudicandus hæreticus, sed vt hæreticus, & vt talibus condemnandus, & ita ponendū est in sententia, vt dictum est prius.

COMMENT. XLIX.

Referunt Iacob. Sprægerius in malleo malefica rā 3. par. q. 3. 2. Tabiens. in sum. verbo, Inquisitor. §. 25. & Locatus in fine operis iudicialis in formula sententiæ contra hæreticum fugitiuum cōtumacem, & congruo tempore expectatum. & Sylvestro tract. de Strigibus, lib. 3. c. 4. puncto 15.

Est autē totus hic Hymerci locus planus, et factus; in praxi velut præcedentes maiori ex parte

etiam nunc susceptus, & vsitatus, paucis exceptis, quæ ob temporū varietatem sunt additæ, vel immutata: quæ qualia sint, suis locis explicabuntur. iam quæ ad hūc locum spectant, copiose tractavit Simancas de catho. instit. tit. 2. & in enchyridio tit. 45.

a In secundo casu, & tertio non est hæreticus impenitens iudicandus: sed, tanquam; seu, vt, hæreticus impenitens condemnandus.] Optimè loquitur Eymericus, & secundum iuris regulas, & ratio differentia est, quia in primo casu de heresi constabat (vt ipsemet auctor docet hic in principio versic. primo est.) per confessionem, vel facti evidentiam, vel testium depositionem; in secundo vero, &

B tertio solum per iuris præsumptionem. Hoc vero discrimen, diu vult auctor adnotare, addit illas voces, tanquam; & vt: quæ licet quandoque veritatem significent, tamē vt plurimum similitudinem includunt. c. cum dudum 1. de electio. & alibi sæpè, quæ velut nota omitto.

Archidiaconus, Ioan. Andr. & Franchus in c. cum contumacia. de heret. lib. 6. veritatē significare putant: sed re vera Eymerci sententia hoc loco magis videtur secundum iura; quoniam isti dictiones, & aliæ similes in materia præsumptionū, aut nunquam, aut raro significāt veritatem. præsumptio enim nō est veritas ipsa, quāvis sæpissimè super veritate fundetur. quam ob rē benignior est Eymerci sententia hic dicentis, absentem in secundo, & tertio casu non esse condemnandum sicut vere hæreticum, sed tanquam hæreticū, aut vt hæreticum. iuris enim præsumptione hæreticus putatur, licet fortassis re vera hæreticus non sit; quod ipsum docuit paulo antea Eymericus in sexto modo terminandi processum, nu. 174. §. circa istum. & ita obseruanda (et recte iudicio meo) admonet in postremis verbis huius 13. modi. num. 217.

Neque his aduersatur elegans decisio Bellameri 676. incip. Cōtumax, vt hæreticus. probantis hunc contumacem absentem verū hæreticum esse reputandum, quod nos nō negamus: nam re vera iuris fictio ne hæreticus verus creditur, quia talis suspicio violenta est; nihilominus tamen probationem potest recipere in contrariū. c. nec aliqua. 27. q. 1. c. causam. & c. proposuisti. de probatio.

b Forma citandi cōtūctum de heresi absentē, & c.] De citandis absentibus satis multa dixit Eymericus supra 3. par. nu. 130. in quinto impedimento, quod prorogat Inquisitoris iudicium, & sententiam, ubi nos diximus satis copiose: hic vero opportunè addit, quomodo sint citandi contumaces ad audiendam sententiam contra eos ferendam, nisi in eadem terminum præscriptum accesserint, ac sui copiam fecerint in iudicio Inquisitorum.

E Quantum verò ad hanc citationis formā attinet, tametsi nō ineptè hodie possit vsurpari, cōsuetudine tamē receptū est, vt breuius concipiatur citationū formula omittis his lōgis quamvis eruditis exordijs: in qua re quisque suo iudicio, seruat tamē substantialibus, potest citandi formulam componere. Obseruandū est autē hoc loco diligentissimè, ut quam prouentietur sententiæ cōtra absentes in causa heresis, plurimum referre, an absens contumax plene conuictus sit de vera, & formali heresi eo modo, quo di-

Num. 212.

Absentes cōtumaces, an damnandi sicut hæretici, vel tanquam hæretici.

Dictiones, ut &, tanquam an significēt fictionē, vel veritatem.

Num. 213.

Priusquā feratur sententiæ cōtra absentes, quis ordo, seruandus.



quo dixit Eymericus in principio huius modi, vers. primus est. an vero solum heresis suspitione laboret.

Si primo modo quis in causa fidei contumax sit, & absens, nec cōprehēdi pōt, tunc hoc ordine res est gerenda: edictis publicis est vocandus reus, quibus ei denūtiatur, ut verbi gratia intra triginta dies cōpareat demonstraturus suam innocentiam. ea vero dilatio peremptoria esse debet, id est, vna pro tribus, in qua citandus est reus ad omnia, & singula iudicij acta, illo addito: iudices violatae religionis de sua causa cognituros, & sententiam pronuntiaturos cōtra ipsum, nisi compareat, iuxta textum in l. ad peremptorium, cum legibus sequentibus. ff. de iudicij, & c. de illicita. 2. q. 3. cum similibus.

His peractis, si reus non comparuerit, accusata eius contumacia in singulis edicti terminis, fiscalis sanctae Inquisitionis libellum accusatorij, edet iuxta ordinem traditum à nobis supra in hac parte. nu. 67. quo exhibito, ordine iudicario procedetur, observata sancti Officij consuetudine, & legibus; quibus absolutis, si de crimine vere cōsiterit, de quo in casu proposito ratio non constat, sententia in reum pronuntianda est, quodcumque processus rite, & legitime fuerit absolutus. Bernardinus Diaz pract. crim. cano. c. 142. Simancas de cathol. instit. tit. 2. nu. 6. & 7. Et hoc casu ne frustra sententia ferri videatur; statua absens produci solet in publicum, & comburenda tradi ministris secularibus, ut paulo post plenius dicam.

Quod si is, qui absens est in causa fidei, solus est de heresi suspectus, citandus est, ut accedat de fide respondens, intra certum tempus ei praescriptum, ut alibi scripsimus; qui si non accesserit intra praescriptum tempus, pronuntiandus est excommunicatus, in qua si per annum extiterit animo pertinaci, eo completo tantquam hereticus est damnandus. c. cum contumacia. de heret. lib. 6. Conradus Brunus lib. 4. de heret. ca. 11. nam expleto anno iam est factus vere contumax; et tunc debito iuris ordine servato velut hereticus damnabitur, ut paulo antea diximus. ac talis quidem ordo est, in vtriusque servandus, ut breviter in hac causa certis regulis quid sit faciendum intelligatur; praeter ab Eymericus hic accipe.

Num. 214. c. Adveniente autem die praefixa, &c. si profugus comparuerit, &c. & consenserit publicè omnem haeresim abiurare, &c. admittetur, &c. Sed nōne post annum velut hereticus est cōdemnandus, cap. cum contumacia, de heret. lib. 6. & propterea videtur ei audientia deneganda? Respondeo, non auri expleto anno quoad hoc, ut bona recuperet, nisi vel de innocentia eius, vel de iusto impedimēto legitime cōsiterit: auditur tamē quantum atinet ad excusandum crimē, & probandam innocentiam quocumque tempore, non obstante, quod quivis terminus sibi assignatus fuerit elapsus, ut verè docet glossa communiter recepta in ca. excommunicamus. §. qui autem. verbo. condemnentur. de heret. per textum in l. annus. ff. de requirendis reis, ibi: In summa sciendum est, nulla temporis praescriptione à causae defensione summoventi eum, qui requirendus adnotatus est. hac ibi. Simancas de cathol. instit. tit. 2. num. 20. & tit. 14. num. 10.

Ex quibus intelliges, iniqua esse, & valde iniusta

earum civitatum statuta, quibus cauetur, ut certo tempore expleto post latam sententiam in absentia ob contumaciam reus nullatenus audiatur, etiā quoad crimen: haec enim omnia statuta, velut cōtra naturalem rationem condita, quae defensionem cuique permittit, delenda penitus essent: sed non est nostrum haec emendare.

d. Forma degradandi verbaliter absentem cōdemnandum, ut impenitentem.] Multa hoc loco cōmemorat Eymericus notatu digna; inter quae dubia sunt aliqua, quaeque necessario declaratione indigeant. primum dicit, absentem contumacem, si fuerit in sacris constitutis ordinibus, verbaliter degradandum: nam realiter, seu actualiter non pōt, cum sit absens: & in hoc nulla est controuersia. subiungit postea, posse hūc ita verbaliter degradatum relinquere per sententiam brachio seculari, nō realiter, cū nō sit praesens, sed si cōt. addit etiam, minus posse rem tractari, si nō tradatur curiae seculari, ut nōtius ille reuerti voluerit; possit ad misericordiam admitti.

In his verbis illa occurrit grauissima dubitatio, & huius loci ppria, et obseruatione dignissima: An clericus in sacris cōstitutus ob contumaciam cōdemnatus in absentia, addo etiā verbaliter degradatus, (ut cum Eymericus hic rem proponā) ubi si cōt. traditus fuerit curiae seculari, possit absque reali degradatione puniri à iudice seculari, quoties illum inuenierit, & ceperit. & Eymericus hoc loco non obsecrē videtur indicare id posse facere iudicem secularē. ait enim: Sed nō relinquunt brachio seculari, nec à suo foro expellat, ad finem, quod si adhuc voluerit penitere, possit liberē, & absq; questione admitti ad misericordiam, & abiuret. Hec Eymericus, & ideo ergo videtur, quod si expulsus fuerit de foro Ecclesiae, iudex secularis pōt tunc in eum eō suum imperium exercere: nec erit locus paenitentiae etiam si reuerti voluerit; sed quod poterit eum punire etiam non secunda reali degradatione.

Et pro hac sententia facit doctrina Joannis Lupi doctoris Hispani tractatu de libertate Ecclesiae §. 9. afferentis quod in quocumque delicto, propter quod clericus degradari meruisset, si absens citatur, et nō comparet, & condemnatur in absentia, & legitime cōmunicatur, verbi gratia rebus, & datur facultas ab Ecclesiastico iudice, iudici seculari, ut capiat eum, & secundum suas leges iudicet, quod ex hac solent sententia, sine alia actuali degradatione, talis clericus habetur pro realiter degradato ad hoc, ut nō gaudeat privilegio clericali, per textum in cap. cum non ab homine. de iudi.

Rursus, eadem sententiam probare potest communis illa Doctorum opinio in c. 1. de homici. l. 6. asserentis, clericum de assassinio imputatum, ubi probatum fuerit, & declaratum, posse iudicē secularem ipsum punire nulla praecedere actuali degradatione, et hūc esse testatur communē opinionem Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 36. ver. sed quero. quod multo magis videtur habere posse locum in clerico heretico, qui grauius crimen cōmisit. c. vergētis. de heret.

Posremo, quāuis per verbalem degradationem iudex laicus nullam assequatur iurisdictionē in clericum ita degradatum: hoc tamen fallit, quando praeter verbalem

verbaliter degradatorem relictus est amplius curie seculari: nam tunc perinde, ac si esset actualiter degradatus, subest iurisdictioni iudicis secularis, & hic etiam testatur esse eodem opinionem Iulius Clarus in pract. crimin. §. si. q. 36. vers. scias autem.

Ex his, & alijs multis fit valde probabilis hæc Emerici sententia mihi tamen quamvis gravissima sit hæc questio, & fere naviculis destituar, cum nesciam quid viderim in his terminis tractatam) in hoc casu ita sentiendum videtur. Primum quoties sine in clericos, sine in laicos absentes huius criminis reos pronuntiatur sententia, mitius est, & benignius, (ut hic observat Emyer.) ne Ecclesiæ. Iudices eum expellant de foro suo, ob rationem quã adducit, ut videlicet, si cõverti voluerit, sine quã actione, hoc est, absque controversia, possit ab Inquisitorib. recipi, ne index secularis dicat se acquisivisse super eum, per talem sententiam sibi factam, iurisdictionem, & potestatem.

Præterea dico, quod quavis clericus in sacris constitutus verbaliter degradatus, & sic relictus curie seculari, iure posset puniri per iudicem secularẽ, & ultimo supplicio affici: tutius tamẽ est, et humanius ut actualiter degradetur: quoniã iura loquentia de degradatione ad effectũ tradendi aliquem curie seculari, ut per iudicẽ secularẽ puniatur, de actuali crimine videtur accipiendã, c. quoniã, de heret. lib. 6. c. degradatio. de penis. c. excommunicamus. el. 2. de her. quibus locis degradationis nomine verè, & proprie actualiter degradatorem accipimus: nam verbalis degradatio, depositio solet vocari, ut optime tradit Iulius Clar. in pract. cri. §. si. q. 74. in princ. & nisi ita fieret, populus commoveretur vehementer, dicens indignum fieri facinus absq; actuali degradatione clericũ in sacris constitutum ultimo supplicio affici: quod aliquando contigisse scio.

Tandem addo quod, quãvis superior sententia vera sit in alijs criminib. pro quibus clericus potest degradari, ut in eo, qui commisit crimen falsi, & in eo, qui intulit calumniam Episcopo suo, iuxta glossam in c. ad abolendam. verbo, relinquatur. de heret. & in assusivio. in quo ipso iure dicitur degradatus c. 1. de homicidio. lib. 6. quibus casibus, postquam de crimine constituit, & in potestatem iudicis secularis clericũ redacti sunt, non audiuntur, et si cõverti velint: in crimine tamen hæresis in proposita nostra difficultate non videtur ita sentiendum, cum sit crimen occultũ, & in mente consistens, & propterea non credendum, ut absenti contumaci redeunti etiam degradato (ut hic scribit Emericus) audientia denegaretur: itaque melius est, ut semper admittatur ad proponendam excusationem de crimine, & ad misericordiam etiam, si humiliter petierit. & hæc sententia tum maxime observanda est, cum is, qui in absentia condemnatus est per fideles iuris presumpcionem tantum esset convictus de crimine, ut quia per annum sustinuit excommunicationem in causa fidei, nec comparuit ad se defendendum, iuxta textum in c. cum contumacia. de heret. lib. 6.

Si magistratus saculares non obstante verbali degradatione, & traditione sibi facta in hoc crimine melius facient si clericũ captũ Inquisitorib. assentent, ut ab ipsis audiantur, & quid sit faciendum, iudicentur, quod ipsum, & circa laicum quoque putarem

A observandũ: & ideo melius esset, ut in talibus sententijs ferendis Inquisitores nominatim dicerent, ac iuberent magistratibus secularib. ut quotiens tales in absentia nominatos inveniunt, et ceperint, id sibi significare debeant in hæc, aut similia verba. Et contra eundem de capiendõ ipsum personaliter ubicumque lororum officio nostro subiectorum repertus fuerit, & c. mandatum executivũ decernendum fore, & esse, quemadmodum nunc decernimus, & relaxamus, & exequi mandamus, ipsumq; captum carcerandum esse per quemcumque iustitiã ministrum, ac eius carceratione nobis significari debere, ut quod iustitiã postulauerit exequi valeamus. & c. Quæ verba, & pronuntiantur sententia modum vidimus in quodam manu scripto libro, quo continebatur forma sententiæ contra tales ferendæ.

B Sententiã diffinitivã taliter ferimus in his scriptis. Est tamen questio, an elapso anno requiratur sententia condemnatoria, vel censetur iã ipso iure lata. Hosliens. Ioannes And. Ioannes Anania, Panormitanus, Felynus, & ceteri cõmuniter, in c. excommunicamus. 1. §. qui aut, de her. & Philippus Francus in c. cum contumacia. de heret. lib. 6. nu. 2. vers. 2. nota. uno consensu aiunt, post exactũ annum non requiri sententiam iudicis cõdemnatoriã, sed ipso iure in eos iam intelligi latam, cum lex ipsos condemnet. aut bent. Gazaros. C. de heret. ubi ita scriptum est: Ita quod si sic per annum permanserint, ex tunc omnes tanquam hæreticos condemnamus. hæc ibi. quo loco verbum, condemnamus, quod est presentis temporis, ipso iure iã esse factam condemnationem demonstrat. atque hæc sententia vera est.

C Neq; huic opinioni obstitit textus in c. excommunicamus. el. primo. §. qui aut. & in c. cum contumacia. de her. lib. 6. ubi nõ lata ipso iure sententia, sed potius ferenda indicatur, dum dicitur: Ex tunc velut hæretici condennentur: quoniã, ut præcitati Doctores, & vere asserunt prædicta aut bent. Gazaros per Ecclesiam, fuit in hoc crimine approbata. cap. ut Inquisitionis. in principio. de heret. lib. 6.

D Dũ autem Emericus hic, & Inquisitores singuli has in absentes contumaces sententias ferunt, nihil de nouo statuunt, sed potius declarant, quod est contra ipsos per leges statutum. quare hæc sententię declaratorie potius sunt, quam de nouo condemnatorie, necessario tamen ferendę, ut his certis personis, quę per tales sententias hereticę sunt declarate, penę a iure statuta applicentur.

E Verum hoc est observatio dignissimum, quod receptissima consuetudine solet in hoc crimine custodiri, dũ in absentes contumaces sententia diffinitiva pronuntiat: nam ne frustra lata esse videatur, & corã omni populo publicari solet, & amplius imago absentis, quam Statuã, vulgo dicimus, in publicam producitur, cui titulus affigitur cõtinens nomen, & cognomen absentis contumacis, qui dãnatur, eaq; statua seculari potestati traditur, in quam combustionis sententiã, & penam exercet, ac si facturus esset in absentem ipsum si presens affuisset, (nisi cõverti voluisset) aut aliã esset relapsus. Simancas de cathol. instit. tit. 2. num. 8.

Num. 216.

An elapso anno in hoc crimine requiratur sententia condemnatoria.

Absentis imago, quando producenda.

Ritus combu-
rendi statuas
in hoc crimine
ne quado coe-
perit.

Quando caeperit haec laudabilis consuetudo combu-
rendi statuas reorum absentium, qui ob contumaciam
dantur in hoc crimine, incertum est mihi, credere
tamen rem esse non valde antiqua; cum nec Eyme-
ricus, qui diligentissimè cuncta ad praxim spectantia in
hoc crimine complexus est, nec alij ex veteribus,
qui de ordine procedendi contra hereticos scripserunt
(quod ego legerim) huius consuetudinis meminerint:
nec in codice illo Vaticano, nec in illo Illustrissimi
Cardin. Sirey, ubi plurimè sunt, etiam minutissima
de ordine iudicandi, ac puniendi hereticos, aliquod
reperitur huius consuetudinis vestigium: res tamè
est valde laudabilis, & aptissima ad incutiendum ti-
morem, & propterea omninò exercenda.

Atque hic est vnus casus, in quo statua eius qui
damnatur pro hoc crimine, producit in publicam
actionem, & curia seculari traditur. alios addo in-
fra in hac 3. parte super q. 43.

Postremo illud est obseruandum, quòd tamen si ab-
sentis statua combusta sit, & ille postea viuus, siue
spontè, siue vi comprehensus est, audiendus est tamè:
nulla enim temporis praescriptione à causa defensione
submoueri debet. l. annus. ff. de re iudic. reus, tradit.
optimè Simancas de ca. ho. instit. tit. 2. nu. 20. & in

A Enchyrid. violat & religionis tit. 45. nu. 16. & si mi-
sericordiam petierit, admittendus erit ad Ecclesia-
gremium, nisi fuerit relapsus: acerbissime tamen pu-
niendus est propter contumaciam, quamquam tunc
lenienda poenitentia erit, & rigori detrahendum:
cum spòrè ad agnoscendam culpam suam accesserit,
aut impedimenta verisimiliter probauerit, quo mi-
nus in tempore accedere potuerit.

B Atque ex his remanent iudicio nostro satis decla-
rata ea, quae pertinent ad ordinandos, & absolue-
ndos quoslibet processus, qui fieri possunt aduersus quoscu-
que huius criminis reos, viuentes tamen: nam qua ra-
tione est processus sit ordinandus, qui contra mortuos
cõcipitur in hoc crimine, quod morte non extingui-
tur, non docuit Emericus, idque propterea ut credo,
quoniam ex dictis, ut difficulter poterat colligi: non
eadè ferè (paucis tamè mutatis) sit series, & textu-
ra. Caeterum ne quid in hac causa omissum esse videa-
tur, & modum instituendi processum contra mortuos
huius criminis reos, & formulas pronuntiandae sen-
tentiae, damnandaeque defunctorum memoriae iuxta
canonicam instituta trademus copiose infra super q.
43. ubi de potestate Inquisitorum procedendi contra
defunctos disserit Emericus.

IN QVÆSTIONES CENTVM, ET TRIGINTA,
super practica officij Inquisitionis obseruatio.



Aboluta praxi, non adhuc omninò fuit absoluendum opus. nam
cum ingentes interdum difficultates in hoc negotio oriantur,
quibus nondum erat satisfactum; ob id Emericus ne quid imper-
fectum, aut parum explicatum reliquisset videretur in toto Inqui-
sitionis negotio: nunc in fine huius operis centum triginta quaestio-
nibus propositis vniuersas ferè difficultates, quae in titulis de hereticis continen-
tur, declarat; pressius tamen, & obscurius interdum quam fieri debuerit: sed
nos nihil omittimus (nisi fallor) parum explicatum: & quamquam singu-
larè ferè quaestiones tractatum integrum postularent, nihilominus maiori
breuitate, quam sit credibile, cuncta huc spectantia, complexi sumus.

QVÆSTIONES CENTVM
TRIGINTA.

SUPER PRACTICA OFFICII INQUISITIONIS,
eidem officio congruentes.

QVÆSTIO PRIMA.

De conditione Inquisitori.



PRIMA quaestio est: Inquisitor he-
reticæ prauitatis, cuius debet esse
conditio.

Respondemus, quòd Inquisitor
debet esse conuersatione honestus,

prudētia^a circumspēctus, constantia firmus, sa-
cra^b doctrina fidei eminenter eruditus, & virtu-
tibus circumfultus. Ita habetur supra parte 2. in
litteris Urbani iij. & Clementis iij. ad Inquisi-
tores generaliter: Prae cunctis. & infra. Prouidimus
igitur ibidè ad presēs personas aliquas circumspe-
ctas, p. tanto negotio deputari, quarum honesta cõ-
uersatio exēplum tribuat puritatis, & doctrinā
fundat erudita labia salutarè, vt sacro ipsarum mini-
strio